This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600075317T





MARTINUS POLONUS.

CODEX SÆC. XIII. TEPLENUS,

COLLATUS

CUM CODICE NICOLAI HANE, EDITO PER JOANNEM CÆSAR, COLONIÆ AGRIPPINÆ. 1616.

EVULGATUSQUE

IN USUM STUDIOSÆ JUVENTUTIS PRO ADORNANDIS IN CODICEM COMMENTARIIS

A

P. PHILIPPO KLIMEŠ,

ORD. PRÆMONSTR. CAN. REG. ET CANONIÆ TEPLENÆ BIBLIOTHECARIO.

PRAGAE.

SUMPTIBUS A. CREDNER, C. R. AULICI LIBRARII.

1859.

246. a. 233.

TYPIS C. R. AULICÆ TYPOGRAPHILÆ FILIORUM AMADEI HAASE.

CRONICA

FRATRIS MARTINI

DE SUMMIS

PONTIFICIBUS ET IMPERATORIBUS.[a]

[a]) Deficiente folio primo legitur prostans titulus libri saltem in ora textus paginæ primæ. F. I. Cæsar sic orditur:

»*Chronica de summis pontificibus et imperatoribus ex diversis gestis ipsorum, per fratrem Martinum domini papæ pœnitentiarium compilata.*«

Editoris Præfatio.

Codex Teplensis Martinianus ab ordine, quem auctor in exarando opere sibi proposuerat, totus quantus discrepat, siquidem non juxta exordium operis in una pagina Pontifices, in altera Imperatores ponit, sed absque aliquali intervallo Pontifices aliquot pertractat, dein itidem Imperatores aliquot absolvit procedens sic variando usque ad finem.

Talis compositio codicis librarium nostrum, plus justo de consumendo spatio anxium utique non parum juvabat in parcendo membranæ, quam, si plagulas vilioris notæ passim concisas, perforatas, curtas mutilasque, passim consutas, refectas conglutinatasque spectes, cognosces eandem membranam haud ad delectum scriptori præsto fuisse. Insuper ex vitiosa — interdum insipiente — descriptione tironem magis et indoctum, quam eruditum literatumve, nihilominus fidelissimum intelliges librarium, qui operis ampliandi corrigendique incurius illud, ut erat, tamquam perfectum et absolutum descripsit. Paginæ ergo contractio, vilitas membranæ et imperitia scriptoris, quæ omnia codicem nostrum minoris momenti facere videntur, non in ejus facient præjudicium, imo potius commendabunt eum, quoniam ita exaratus depravationi et interpolationi minus obnoxius dignoscendus est.

Textus codicis nostri, si Gregorium X., sub quo calamus auctoris defecit, excipias, integer est decurrens per 116 paginas in 8vo latiori, numerausque maximam partem 33 lineolas ex atramento tenue ductas in quavis pagina, scriptusque est totus una eademque manu excepto quinternione quarto, qui manum prodit vetustiorem. Subdivisiones textus, indicatæ per vocem: *Pontifices* aut *Imperatores* in linearum fine annexam, dein uncialis litera cujusvis Regentis una cum superscripta numeri dynastici notâ, nec non marginales notæ illius anni, quo eorum quisq. regnare primum cœpit exaratæ sunt fortasse manu secunda, sed ejus temporis in rubro.

Aetas codicis diserte et plane scripta non est; ast ex adjuncta in fine residuas inter lineolas aliena, utpote recentiori annotatione cognoscitur: codicem nostrum ante annum Domini 1340 scriptum fuisse.

Qbniam scire tempera. [1] summorum pontificum ac imperatorum nec non et aliorum patrum ipsorum contemporaneorum. [2] quam plurimum inter alios. theologis ac [3] iuris peritis expedit. Ego frater martinus ordinis prædicatorum. [4] penitentionarius [5] et capellanus domini pape. [6] ex diuersis cronicis [7] ac gestis summorum pontificum. et imperatorum. præsens opusculum. per annos incarnationis domini a summo [8] pontifice ihesu [9] christo et ab ottauiano [10] augusto. per pontifices et imperatores descendendo. usque ad gregorium. X. [11] papam. deduxi inclusiue. in vna perte [12] eo anno domini quo creati fuerunt. [13] ponendo pontifices. in alia [14] imperatores. Factum est autem eo compendiosius hoc opusculum. [15] vt scolasticis [16] hystorjis. a theologis et a [17] iuris peritis decreto vel decretalibus conuenienter possint [18] allegari. Et quia primo summo pontifice [19] ihesu christo in triumphanti [20] ecclesia. tres iherarchie [21] angelorum noscuntur. [22] et ad exemplar illius in militanti [23] ecclesia. circa vicarios ipsius tria genera cardinalium obsequentium ipsis sunt instituta. De ipsis quot sunt. et qui sunt. et ad quid sunt. in principio est breuiter [24] præmittendum. Numerus ergo ipsorum primordialiter est. LI[us]. qui in tria genera distinguuntur. Quia quidam ipsorum [25] sunt domino pape assidentes. vt episcopi. quidam assistentes vt presbyteri. quidam insistentes ut dyaconi. [26] Episcopi uero [27] in sollempnitatibus sunt domino pape assidentes. [28] vnde ipsi soli inter alios cardinales cathedris vtuntur. presbyterorum uero [29] quilibet. septinamanam suam [30] seruans in missis et horis assistit domino pape. Dyaconi vero [31] insistunt ministerijs illi [32] enim papam induunt

---

([1] *Cæsar. corr.*: Qvoniam s.. tempora. ([2] *ita et editio legit.* ([3] et. ([4] *addit*: Domini Papæ. ([5] Pœnitentiarius. ([6] e. c. d. p. *desunt.* ([5] Chronicis. ([8] primo. ([9] JESV.. ([10] Octauiano. ([11] Clementem IV. ([12] pagina. ([13] sunt. ([14] *addit*: pagina. ([15] h. o. e. c. ([16] sch.. Hist... ([17] *deest.* ([18] posset alligari. ([19] Pontifici, id est, Christo ([20] phali. ([21] Hierarchiæ. ([22] obsequuntur. ([23] ...te. ([24] b. e. ([25] eorum. ([26] Diac. ([27] enim. ([28] i. solemn. s. Domini Papæ Assessores. ([29] *addit.* Cardinalium. ([30] suam. s. ([31] Diac. v. *addit*: Cardinales. ([32] Ipsi.

MARTINUS POLONUS.

eumque substentantes [33] deducunt. et ei circa altare deseruiunt. Episcopi secundum primitivam institutionem sunt. VII. [34] videlicet. hostiensis. qui propter pape consecrationem dignior est alijs et pallio utitur. episcopus portuensis. episcopus albanensis. episcopus sabinensis. episcopus prenestrinus [35] episcopus sancte rufine. [36] episcopus thusculanus. [37] Et isti episcopi tanquam vicarij domini pape singulis [38] diebus dominicis et festis. et precipuis sollempnitatibus. [39] in altari sancti salvatoris in lateranensi ecclesia [40] debent deseruire. presbyteri cardinales sunt XXVIII. [41] qui diuisim per numerum septenarium. residuis. IIII. patriarchalibus ecclesijs sunt. intytulati [42] ad celebrandum. Isti. VII. sunt [43] intytulati ecclesie. sancti [44] petri. videlicet [45] cardinalis. Sancte. Marie. transtyberim. [46] Sancti crisogoni. [47] sancte cecilie. sancte anastasie. sancti laurentij in damasco. [48] Sancti marci. Sancti martini in monte. Isti alij. VII. sunt [49] intytulati. ecclesie. [50] sancti pauli. [51] qui debent in altari maiori deseruire. videlicet [52] sancte sabine. sancte prisce. sancte falbine. [53] Sanctorum nerei et achillei sancti sixti. sancti marcelli. sancte susanne. Isti VII. sunt. [54] sancte marie maioris. videlicet. cardinalis sanctorum apostolorum. sancti cyriaci in termas. [55] sancti eusebij. sancte potentiane. sancti vitalis. sanctorum marcellini et petri. sancti clementis. Isti. VII. sunt [56] ecclesie [57] sancti laurentij. videlicet. sancte praxedis. sancti petri ad vincula. sancti laurentij in lucina. Sancte crucis in iherusalem. [58] Sancti stephani in celio monte. Sanctorum iohannis et pauli. [59] Quatuor coronatorum. Dyaconi vero cardinales ad ministerium domini pape. deputati sunt XVI. Videlicet Sancte marie in donica. [60] et ille est archidyaconus aliorum. Sancte lucie in circo [61] palatij iuxta septisolium. Sancte. Marie. nove. Sanctorum cosme [62] et damiani pallatij. Sancti adriani pallatij. [63] [sancti georgij palatij]. [64] Sancte Marie in scola greca. [65] sancte. Marie. in porticu. sancti nycolai [66] in carcere. Sancti an-

---

([33] sustentantes. ([34] Sunt autem Episcopi septem s. p. i. ([35] Prænestinus. ([36] S. Ruffinæ. ([37] Tusculanus. ([38] s. *deest*; *addit*: in ([39] D. d. e. F. e. præcipuis solemnitatibus. ([40] Lateranensis Ecclesiæ. ([41] *addit:* numero. ([42] intit ... *ita deinceps*. ([43] I. s. septem. ([44] *deest.* ([45] *deest.* ([46] trans Tiberim. ([47] S. Chrisogoni. ([48] Damaso. ([49] I. s. septem a. ([50] intit. eccl. *desunt.* ([51] *quæ sequuntur sex vocabula parenthesi sunt interclusa in ed.* ([52] *addit*: Cardinalis. ([53] Balbinæ. ([54] I. s. septem *addit*: alij. ([55] Thermas. *additque in marg.* Thermis. ([56] Isti vero sunt septem Cardinales Presbyteri: ([57] *deest.* ([58] Jerusalem. ([59] *addit*: SS. ([60] Domca, *corr. Cæs. in marg*: Forte Dominicalis. ([61] circulo Palatij. ([62] Cosmi.. ([63] S. Hadriani Palatij. ([64] S. Gregorij Palatij *Quod noster C. legit omissum erat, ast eadem manus in margine supplevit.* ([65] sch .. Græca. ([66] S. Nic .

geli. Sancti eustachij. Sancte marie in aquario. sancte Marie in via lata. Sancte agate.[67] Sancte lucie in caput sabure.[68] Sancti quirici. Ostensó igitur quot sunt cardinales.[69] et qui Sunt.[70] qui ad domini pape. et ad quinque patriarchalium ecclesiarum ministerium pertinent[71] consequenter procedendum est ad[72] pontifices.[73] incipiendo a primo summe pontifice[74] ihesu christo. Compilavi autem praesens opusculum. ex cronicis damasij[75] pape. de gestis pontificum.[76] ex cronicis Orosij de gestis imperatorum. Jtem ex cronicis pauli[77] romani dyaconi[78] cardinalis de[78] gestis vtrorumque. Item ex cronicis bobini sutrini episcopi de gestis vtrorumque.[79] De cronicis gisilberti de gestis vtrorumque. Item[80] cronicis richardi[81] monachi.[82] de[83] cronicis geruasij. De cronicis escodij.[84] ex cronicis gothefridi biterbiensis.[85] Item ex cronicis fratris vincentij.[86] Et aliqua ex decreto. et ex passionibus sanctorum.

Pontifices.[b])

1.

ANno XLII°. ottauiani[1] augusti. natus est ihesus christus. filius dei. in bethlehem iude ex uirgine. Maria. nocte diei dominice. qui salvator noster dominus[2] ihesus christus. primus et summus pontifex. sedit in hoc mundo.[3] XXX.II. annis. Mensibus. III. Juxta illud ewangelij. Ihesus erat incipiens quasi annorum. XXX. hoc est inceperat[4] annum. XXX^{mum} tredecim diebus ejusdem anni peractis. quia eodem anno reuoluto. conuertit aquam in uinum. et in sequenti pascha. incarceratus est beatus iohannes baptista. et in[5] alio pascha[6] sequenti. decollatus est. Crisostomus[7] tamen dicit super Matheum. quod ihesus[8] vixit plenarie. XXXIII. annis.[9] quando venit ad baptismum. dicens. Post XXX. annos venit ihesus ad baptismum legem veterem soluturus. et post vi-

---

([67]. S. Agathæ. ([68]. S. Luciæ in caput. S. Sabinæ. ([69]. *addit*: qui Quinquaginta vnus: ([70]. *addit*: qui Episcopi, Presbyteri et Diaconi suis titulis vel Ecclesiis declarati: et ad quid sint,. ([71]. *deest*. ([72]. c. procedendo ad. ([73]. *addit*: quibus deseruiunt; ([74]. *addit*. videlicet. ([75]. Damasi. ([76]. *addit*: item. ([77]. Diacóni R. ([78]. ex. ([79]. *seqq. desunt*. ([80]. J. *addit*: ex. ([81]. *addit*: Cluniacensis. ([82]. *addit*: item. ([83]. ex. ([84]. *addit in marg.*: Forte Methodij cuius fragmenta extant apud Marianum Scotum. *addit*. item. ([85]. Viterbiensis. ([86]. *addit*: Beluacensis. (b. CHRONOLOGIA F. MARTINI Poloni Romanorum Pontificum. ([1]. Octauiani A... ([2]. *addit*: noster. ([3]. a. trig. duob. ([4]. tricesimum. a. ([5] *k. l.* sequenti. ([6]. *deest*. ([7]. Chrysostomus. ([8]. Matthæ. q. Christus. ([9]. *addit*: et tantum supra, quantum est a Natiuitate vsque ad Pascha: et dicit ipsum plene compleuisse triginta annos.

xit. III. annis. [10] et quantum fluxit a natiuitate [11] usque ad pascha quod pro dimidio [12] computatur. [13] Fuerunt igitur [14] ad natiuitatem [15] christi anni completi ab adam V Millia. C. XC. IX. et a conditione vrbis rome. [16] anni D.CC.LII. vt ait paulus dyaconus in ystorijs [17] romanorum. [18] Ipso die quo natus est. [19] transtyberim de taberna [20] emeritoria fons olei erupit. [21] ac per totum diem largissimo riuo fluxit. Tunc etiam circulus ad speciem celestis arcus circa solem apparuit. [22] Statim vt virgo peperit illa statua aurea corruit. quam in romuliano pallatio. romulus posuerat dicens. Non cadet donec virgo pariat. Anno etiam. XVI°. [23] pylatus [24] factus est præses in iudea. Anno X. IX. iohannes cepit prædicare babtismum pœnitentie. et XXXII°. [25] decollatus est. Item [26]. XIII. die magi venerunt ierosolimam. [27] Eodem anno quo natus est tulit eum ioseph in egyptum. quo ingrediente corruerunt ydola egypti. [28] iuxta vaticinium ysaie et sicut traditur. non fuit in egypto templum in quo non corruisset ydolum. Anno vero VII°. [29] reuertitur in iudeam Porro de infantia saluatoris et de operibus ejus. [30] non legitur in ewangelio. nisi quod lucas dicit. quod duodenus [31] mansit in iherusalem. et post triduum inventus est a parentibus in templo. in medio doctorum. [32] Legitur tamen [33] de infantia saluatoris. quod ihesu fugiente in egyptum. cum sub vna palma recubuissent [34] et [35] [matre] ihesu fame laborante. ad præceptum pueri palma se inclinauit vsque ad terram. [36] et post collectionem fructus ipsius ad pristinum statum palma se erexit. et etiam seiciente [37] ioseph. ibidem ex præcepto pueri ihesu. arida terra fontem produxit. Legitur etiam [38] quod in eodem itinere. cum in ore spelunce cuiusdam [39] hospitati fuissent. de [40] spelunca duo imanissimi dracones sunt egressi. ad quorum contuitum beata virgo et ioseph. cum nimium terrerentur. [41] ad præceptum pueri ihesu. dracones cum omni

---

[10] *addit*: integris. ([11] Natali. ([12] *addit*: Anno. ([14] *addit*: et ita secundum ipsum, Christus vixit triginta tribus annis et dimidio. ([14] *addit*: vsque. ([15] Natalem. ([16] Romanæ vrbis. ([17] Hist...R... ([18] *addit*: Hoc. ([19] fuit. ([20] t. T. d. T. ([21] de terra emanauit. ([22] *addit*: tunc etiam. ([23] XVII. ([24] Pil.. ([25] *addit*: idem Ioannes. ([26] *deest*. ([27] a Natiuitate Domini v. M. Hier.... ([28] Idola Aegypti. ([29] Et in septimo a Nativitate sua de Aegypto. ([30] *addit*: vsque ad Baptismum. ([31] duodenis re... ([32] a Par...i. e. i. m. D. i. t. ([33] *addit*: in libro. *Adnot. Cœsar. in marg.*: Iste liber prohibitus a Papa Gelasio capite sancta Romana 15. dist. ([34] recubuisset. ([35] *deest addit*: Beata Virgine. ([36] Matre ipsius pueri fame. l. a. p. ejus se palma vsque circa terram se inclinauit. *In Codice vocem*: matre *suppleuit eadem manus in margine.* ([37] sitiente Jos.. ([38] *addit*: ibidem. ([39] q. c. i. e. i. in ore c. sp. ([40] *addit*: eadem. ([41]...itum dum B. Virgo et Joseph nimio terrore concuterentur,. *Conj.* cum, 2do *loco supplevit ead. m. inter lineas.*

mansuetudine inclinatis capitibus deserta petierunt. quod etiam [42] leo. veniens in ipso itinere vsque in egyptum obsequiosus fuit eis. [43]

30.

ANno XXX⁰. [44] baptizatur christus. eadem etiam die. ante annos. XXX^ta. magi adorauerunt. et eadem die. anno reuoluto vt fertur convertit aquam in uinum, [45]

Christus crucifigitur. anno. XXX⁰. IIII⁰. et eodem anno. III. die mensis augusti stephanus lapidatur. [46] et de saulo paulus officitur

POst passionem domini anno sequenti. beatus petrus apostolus. filius iohannis prouincie galiee. de uico bethsayda. frater andree tenuit cathedram sacerdotalem. [47] in partibus orientis. annis. IIII^or. vbi primam missam celebrauit dicendo solummodo pater noster. Deinde venit antiochiam. anno domini [48] XXX⁰. VIII. [48*] vbi cathedram adeptus sedit annis. VII. Deinde [49] venit romam. vbi. XXV. annis. mensibus. VII. diebus. VIII pontificatum tenuit. Hic scripsit duas epistolas quæ canonice nominantur. et ewangelium. Marci. qui eius auditor fuit et filius de baptisterio. Hic etiam fecit ordines [50] mense septembris. [51] episcopos VI. presbyteros X. dyaconos. VII. Anno [52] domini XL. Matheus ewangelium scripsit. et. [53] XLIIII. Marcus ewangelium. edidit. [54] Nec multo post apostolus petrus. apollinarem mittit rauenaam. quæ tunc in ytalia. et magnitudine et populi frequentia post romam famosior erat. Syrum. papiam. Marcum vero interpretem suum. postquam in ytalia aquilei [55] scripserat ewangelium. [56] egyptum destinauit. qui alexandrinam primus fundauit ecclesiam. Misit quoque [57] in gallias ad plures ciuitates. plures discipulos. videlicet. [58] Sauianum. potentianum altimum et martialem. qui dicuntur fuisse de LXX duobus discipulis. et alios plures per diuersas gallie ciuitates et loca. [59] paulus vero sicut continetur in actibus apostolorum. propter appellationem. a iudea romam

---

([42] *addit*: vnus. ([43] ipsis obsequio fuit. *Ita desinit Annus Domini*: *29. in Chronolog Pontif.* ([44] *desunt.* ([45] Christus baptisatur. Hoc eadem die, vt dicitur: Magi adorauerunt, reuolutis annis quasi triginta. Et hac eadem die r. a. vt f., c. a. i. vinum. *I. d. A. 32.* ([46] *Sub anno Chronologiæ*: *33. legit*: Christus crucifigitur. *Reliqua desunt.* E ([47] Galilææ.....S. Cath. ([48] d. *deest.* ([48*] *addit*: post Natiuitatem Christi. ([49] Inde. ([50] ordinationes. ([51] S..bri. ([52] *addit*: etiam. ([53] *addit*: Anno. ([54] *addit*: et fames valida fuit. ([55] Aquileiæ. ([56] *addit*: ad. ([57] etiam. ([58] sicut sanctum. ([59] diuersa l. G. e. c.

veniens. extra vrbem horreum publicum conduxit. vbi cum fratribus de verbo uite tractauit. et satis innotuit vrbi de signis et prodigijs et sanctitate ipsius. concursus quoque magnus fiebat ad ipsum [60] de domo cesaris. Nam et neronis instructor seneca. sibi valde familiaris exstitit [61] vt cum ore ad os sibi. loqui non possent. epistolis se [62] uisitarent. Sed quia paulus coram nerone dixerat. [63] figuram mundi per ignem resoluendam [64] iussit omnes qui per ipsum [65] crediderant igne cremari. paulum vero tamquam maiestatis reum. secundum humanas leges capite truncari. [66] Fuerunt et [67] discipuli beati pauli. viri egregij et illustres. [68] tymotheus. tytus. trophirus. [69] onesimus et multi alij. quos ad diuersas mundi partes prædicationis causa direxit. [70] Beatus petrus apostolus primus instituit. ante pascha domini. quadragesimale ieiunium. et aduentum ante natale domini. [71] ab omni christiano [72] populo venerari. in commemoratinem primi et secundi aduentus domini nostri ihesu christi. De quorum [73] pontificatu et morte scribit gelasius papa dicens. Sancta romana ecclesia. nullis synodicis institutis. [74] sed e wan gelica voce et saluatoris domini [75] nostri primatum obtinuit dicentis. Tu es. petrus. et. super. hanc. petram. edificabo. ecclesiam. meam. Cui data est societas beatissimi pauli apostoli. [76] qui non diuerso vt heretici garriunt. sed vno tempore eodemque die in vrbe roma. cum petro sub cesare nerone. agonizans coronatus est. et [77] prædictam romanam ecclesiam [78] christo domino consecrarunt. [79] ac ceteris vrbibus in vniuerso mundo sua corporali præsentia. et [80] venerando trihumpho [81] prætulerunt. pro tanto [82] romana sedes prior est omnium dignitate. licet antiochena ciuitas et sedes prior sit tempore. passi sunt autem petrus et paulus. [83] vltimo anno neronis [84] Petrus autem i uia aurelia ibique sepultus. iuxta pallatium neronianum in uaticano. vbi crucifixus est. [85]

([60] a. i. *desunt.* ([61] extitit, ita. ([62] s. *e...* ([63] d. c. N. ([64] soluendam. ([65] ipsi ([66] *addit*: Petrum vero fecit crucifigi. ([67] Fueruntque. ([68] *addit*: Sicut. ([69] *deest.* ([70] *I. d. A. Chron. Pontif.*: *50mus*; *addit in medio paginæ titulum proxime sequentium*: B. APOSTOLUS PETRVS. ([71] et ante Natalem tres Hebdomadas et quartam imperfectam. ([72] *addit*: instituit. ([73] *addit*: Apostolorum. ([74] constitutis *et addit*: cæteris Ecclesiis prælata est, ([75] D. e. S. ([76] B. A. P. ([77] *addit*: pariter. ([78] R. E. p. ([79]...uerunt. ([80] ac. ([81] triumpho. ([82] *addit*: et Romanus Pontifex, Summus Pontifex dicitur. *I. d. A. 62.* *Nunc sequitur spatium per quinque annos, vel si melius placet per totidem lineas vacuum.* „romana sedes — — prior sit tempore.“ *desiderantur.* ([83] Petrus et P. p. s. ([84] v. a. n. *desunt.* ([85] Petrus quidem sepultus est in via aurea in templo Apollinis, iuxta locum, vbi crucifixus est, iuxta Palatium Neronianum, in Vati-

Paulus vero ad aquas saluias in via hostiensi. Tempore autem cornelij pape greci furati corpora apostolorum asportabant. Sed demones in ydolis habitantes. diuina coacti virtute clamabant. Viri romani succurrite quia dij vestri auferuntur. fideles vero intelligentes hoc de apostolis. Infideles de suis dijs. Multitudo adunata fidelium et infidelium illos persecuntur. quod videntes greci apud eathacumbas. apostolorum corpora. in puteum proiecerunt. Sed a beato cornelio papa inde sunt extracta. Sed cum in dubium verteretur. quæ essent ossa petri. et quæ pauli. orantibus fidelibus et ieiunantibus. diuinitus habuerunt responsum quod maiora ossa sunt prædicatoris. minora vero piscatoris. Quæ tamen post beatus siluester dicitur cum lance equaliter ponderasse et consecrando vtriusque ecclesiam. in vtraque ossa cuiuslibet collocasse.

Imperatores. [c])

1.

POst natiuitatem domini nostri ihesu christi. Ottauianus [1] augustus. imperauit. annis. XIIII. Romanus genere ex [2] patre ottauiano senatore maternum genus ab enea ducens. Julij cesaris nepos. adoptione quoque [3] filius totum mundum in vnam redigens monarchiam. Neque vir tantus vicijs caruit. seruiebat enim libidini. nam inter. XII. cathamitas. [4] totidemque puellas accubare solitus erat. Hunc populi romani videntes esse tante pulchritudinis. quod [5] nemo in oculis eius intueri poterat. et tante prosperitatis et pacis quod totum mundum tributarium sibi [6] fecit. dicunt ei. Te volumus adorare quia deitas est in te. si hoc non esset. non omnia succederent tibi [7] prospere. qui renuens inducias postulauit. et ad se sybillam tiburtinam sapientem vocauit. Cui quod senatores dixerant recitauit. Quo spatium trium dierum petijt, in quibus artum [8] ieiunium operatu est. post tercium diem respondit [9] hoc modo. Judicij signo [10] tellus sudore madescet. [11] et cetera. [12] quæ sequuntur. Illico apertum est celum et nimius splendor irruit super

---

cano, iuxta territorium triumphale tertio Kalendarum Julij. *Habes finem lineæ, positæ ex adverso anni 70mi Chronologiæ. Quæ adhuc in nostro Codice sequuntur vsque ad:* ...collocasse.“ *cuncta desunt.*

([c]. CHRONOLOGIA F. MARTINI POloni Romanorum Imperatorum.

AVGVSTVS II.

([1]. Octauianus. ([2]. *deest.* ([3]. *deest.* ([4]. catamites. ([5]. quia. ([6]. s. t. fecerat. ([7]. n. t. s. o. tam. ([8]. arctum. ([9]. *addit*: Imperatori. ([10]. signum. ([11]. E Coelo Rex adueniet per sæcla futurus. ([12]. *deest.*

eum. et vidit quandam pulcherrimam virginem stantem super altare puerum tenentem in brachijs. et miratus est nimis. et audiuit vocem dicentem. [13] Hec ara filij dei est. qui statim proitiens [14] se ad [15] terram adorauit. quam uisionem retulit senatoribus [16] et ipsi mirati sunt nimis. Hec visio fuit in camera ottauiani. [17] vbi nunc est ecclesia sancte. [18] Marie. in capitolio. vbi sunt fratres minores. [19] Ideo dicta est ecclesia sancte marie ara celi Cum autem ottauianus de oriente victor regressus [20] esset. tunc primum augustus. eo quod rempublicam auxerit. est a romanis [21] salutatus. Hic vicit proelijs [22] dacos. germanorum ingentes copias prostrauit. Quo bello captiuorum. CCCC. Millia. hominum. ex germania transtulit. et super ripam reni. [23] in gallia collocauit. Nullus eo in bellis felicior. [24] XL[a] IIII[or] annis. quibus solus rexit imperium ciuilissime vixit. XII annis alijs [25] cum anthonio regnauit. Hic est gloriatus se urbem latericiam [26] inuenisse. et marmoream reliquisse. et quam plurimo decore ornatam. Anno ipsius. XX.V. virgilius brundusij moritur sed ossa neapolim transferuntur. Anno eius. [27] XXXV[o] Oratius poeta rome moritur. Tempore ottauiani erat taberna famosa transtyberim. quæ ideo dicebatur emeritoria. quasi [28] emeriti. ea quæ suis meruerant stypendijs. ibi solatiando exspendebant. De qua quia in die natalis [31] fons olei erupit. ad honorem beate. virginis constructa fuit ecclesia. ibidem a beato papa kalixto [32] primo. Mortuus est autem ottauianus augustus. anno vite sue. LXXVII. apud attelam ciuitatem campanie. et sepultus est in marcio campo. [33] Tempore augusti computata sunt. ciuium romanorum CCCC[a] et LXX[a] Millia.

16.

Tyberius I imperauit annis XVIII. vsque ad annum quo passus est dominus noster ihesus christus. Hic fuit ottauiani [34] priuignus et gener [35] adoptione filius. [36] prudens in armis satisque fortunatus. cui sciencia literarum multa inerat. eloquio clarior. sed ingenio pessimo [37] insidioso simulans ea [38] velle quo nollet. Hic XXIII[o]. anno imperii.

([13] e. v. d. a. ([14] projiciens. ([15] in. ([16] S. r. ([17] *addit*: Imperatoris. ([18] B. ([19] v. nunc. F. Minores sunt. ([20] reuersus, *et addit*: vrbem triplici triumpho ingressus. ([21] a. R. e. ([22] prælio. ([23] supra Reheni Ripam. ([24] fortior. ([25] alios annos. ([26] v. l. s. ([27] eiusdem. ([28] quia. ([29] stip. m. ([30] *deest*. ([31] Natiuitatis Domini. ([32] Calixto Papa. ([33] c. Martio. *I. d. A. Chron. Imp. 14tus „Tempore — Millia.“ desunt. Addit nunc titulum sequentium pro Anno Domini 15to*: TIBERIVS III. ([34] Octau. *ita deinceps*. ([35] *addit*: nec non et. ([36] *addit*: satis. ([37] *addit*: et. ([38] *addit*: se.

etatis sue. LXXX°. VIII°. Cum inmani [39] furore insontes et innoxios. suos pariter et [40] extraneos puniret. cum ingenti gaudio omnium mortuus est [41] in campania. Hic ut refert iosephus in omnibus suis negotijs morosus erat. vnde cum constitueret procuratores in prouincijs. vix vnquam mutabat eos. Huius tempore ouidius poeta in exilio moritur. pontius pylatus. a tyberio procurator iudee efficitur. [42] quem magister in hystorijs asserit natum fuisse [43] de lugduno. Hoc in loco [44] ponit iosephus iudeorum ystoriographus. de christo. laudabile testimonium dicens. fuit eis temporibus sapiens vir si virum nominare fas est. erat enim mirabilium operum effector et doctor. et multos iudeorum et multos sibi de gentibus [45] adiunxit. [45] christus hic erat. et multa [46] alia de eius passione et ratione dicit. [47] Pontius pylatus post [48] multas accusationes contra ipsum factas. a tyberio in exilium viegnam [49] burgundie [50] mittitur. et propter multas chalamitates quas ibi [51] sustinuit. se propria manu interfecit. herodes qui iohannem baptistam. occiderat [52] sub quo passus est christus. cum herodiade [53] apud viegnam [54] in exilium mittitur. ibique ambo miserabiliter moriuntur. [55]

40.

GAyus I qui et gallicula [56] imperauit annis. tribus. [57] Hic sceleratissimus fuit. Duabus sororibus suis stupra intulit. Ex una etiam natam filiam cognouit. nepos tyberij fuit. [58] Iheronymus. super Matheum. [59] A primo gayo [60] cesare omnes romani reges cesares dicti sunt. [61] hic gayus cum adversus omnes. ingenti auaricia libidine crudelitate seuiret. rome in pallatio occisus est. [62]

45.

Claudius I imperavit annis. XV. [63] hic fuit patruus gallicule [64] britanis intulit bellum. [65] quasdam etiam insulas vltra britaniam positas in occeano. [66] romano addidit imperio. [67] Hic quamplurimum ciuilis

---

([39]. H. cum i. sui 23tio Anno ætatis 88vo c. imm. ([40]. ac. ([41]. e. m. ([42]. destinatur. ([43]. n. f. a. ([44]. I. h. l. ([45]. d. g. *desunt*. ([46]. plura. ([47]. Resurrectione dicit. *I. d. A.*: *34. addit*: Post Passionem Domini, dictus Tiberius Imperator imperauit annis quinque. ([48]. propter. ([49]. Viennam. ([50]. *deest*. *Addit*: vnde oriundus fuit.. ([51]. cal... q. ibidem. ([52]. *addit*: et ([53]. *addit*: vxore sua. ([54]. Viennam. ([55]. *I. d. A.*: *39. addit*: CAIVS IV. ([56]. C. q. e. Caligula. ([57]. *addit*: mensibus decem. diebusque octo. ([58]. F. N. T. Cæsaris. ([59]. *desunt*. ([60]. Iulio. ([61]. dicuntur. *I. d. A.*: *43. Reliqua desunt*. ([62]. *Addit pro chronologiæ*: *a. 44to titulum*: CLAVDIVS V. ([63]. quatuordecim, mensibus septem, diebus viginti et octo. ([64]. Caignlæ. ([65]. bella. ([66]. Oceano. ([67]. I. R. a. *addit*: quæ appellantur Archades. *additque in marg.* Orcades.

erat. Vixit annis. LXIIII. post mortem consecratus est diutusque appellatus. Hic memorie nullius fuit. Nam occisa vxore sua. paulo post. in triclinio decumbens cur domina non veniret requisiuit. cibo potuque omni tempore et loco. [68] intemperatissimus [69] fuit Meditatus est edictum et legem [70] statuere. quo veniam daret. flatum strepitumque ventris in conuiuio emittens. [71] ex continentia [72] præ pudore quoddam periculum incucurrit. [73] Huius uxor messalina. sicut scribit iuuenalis. tante libidinis fuit. vt in prostibulis primo clam. demum se publice omnibus exponebat. vt non saciata sed lassata recederet. Nobiles etiam mulieres ad hoc ipsum trahebat. [74] Hic cum deficeret britanicum [75] filium suum heredem [76] romani imperii. vxoris persuasionibus non faciens. neronem filie sue maritum. [77] designavit imperatorem. sicque prælatus est. gener filio ordine præpostero. huius claudii tempore petrus [78] venit romam. et ibi. XXV. annis rexit ecclesiam. et salutarem fidem prædicans. ipsam potentissimis virtutibus comprobauit [79] hijs temporibus fenix auis vnica apparuit in egypto. quæ. ante. DC. annos apparuerat in arabia quæ vsque. ad. D^{tos} annos viuere dicitur. et post se ipsam cremando. in nido suo renascitur. Est autem ad modum aquile magna cristato capite. circa collum fulgore aureo. postera parte purpureo præter caudam. cujus nitor roseus ac ceruleus describitur.

Pontifices.

71.

LYnus. I. ytalicus de regione thuscie patre esculano [1] sedit annis. XI. Mensibus tribus. diebus. XIII. Hic de [2] præcepto beati petri apostoli constituit vt mulier intret ecclesiam velato capite. [3] Hic martyrio coronatus sepultus est in uaticano iuxta corpus beati petri. [4] Dicunt qui de kathedra romane ecclesie. diligentius perscrutati sunt. quod linus et cletus non sederunt vt pontifices. sed vt summi pontificis. diuini [5] coadiutores. Quibus in uita sua beatus petrus. vnam credidit ecclesiasticarum rerum dispensationem. ipse vero tantum prædicationi. et

---

([68]. e. l. *desunt.* ([69]. intemperantissimus. ([70]. e. l. *desunt.* ([71]. emittendi. *Huic voci præcedit in nostro C. spatium aliquod vacuum. Addit*: cum. ([72]. incontinentia. ([73]. quendam periclitatum inuenisset. ([74]. *desunt.* ([75]. Britannicum. ([76]. *deest.* ([77]. v. p. exortem Romani Imperii faciens. N. M. Filiæ suæ. ([78]. *addit*: Apostolus. ([79]. p v. i. c. *I. d. A. 55. Quæ modo sequuntur plane desunt, relictis duabus lineis vacuis, ad annum Domini*: *56 et 57.; addit*: NERO VI. ([1]. L. Italicus de Regione Tusciæ Patre Herculano. ([2]. ex. ([3]. in E. v. c. i. ([4]. *addit*: Nono Kalendarum Octobris. ([5]. *deest.*

orationi. [6] vacabat, propter quod tanta auctoritate dotati. meruerunt in cathalogo pontificum poni. Clementem vero ipse [7] petrus successorem sibi [8] constituit. Hic beatus [9] linus cum demones effugaret mortuos suscitaret. et innumera [10] alia miracula faceret. et multos baptizaret. et cum etiam saturnini consulis [11] qui ipsum captiuerat. [12] filiam a demone liberasset. Saturninus consul credens hoc [13] magicis artibus fieri. ipsum diuersis penis afflictum decollauit. et licet [14] primo in naticano sepultus fuerit. [15] post tamen a gregorio. hostiensi episcopo. cum multa veneratione [16] cleri et populi. [17] delatum est. [18] et in ecclesia maiori sancti laurentij reconditum. [19]

82.

CLetus. I. natione romanus de regis vico patricio [20] patre emiliano sedit. annis. XI. mense. I. diebus. XI. Hic ex præcepto beati petri XV. [21] presbyteros in vrbe roma. mense septembri ordinauit. sepultusque [22] iuxta corpus beati petri. [23] VI. kalendas Maij. [24]

83.

CLemens. I. natione romanus. [25] de regione celio monte. ex patre faustino. sedit annis. IX. Mensibus. II. diebus. X. hic dum multos libros christiane religionis scriberet. [26] Martyrio coronatus est hic fecit. VII. regiones diuidi notarijs quod [27] gesta martyrum scriberent [28] unusquisque per regionem suam diligenter perquirendo. [29] Hic quamuis a beato petro esset electus. tamen coegit linum et cletum ante se pontificari. [30] et ita [31] est primus post petrum electione. [32] tercius vero per gradum vnde ipse scribit in epistola ad iacobum iherosolimitanum dicens. Symon petrus tempore quo finem vite sue [33] sibi iminere præsensit. [34] in conuentu fratrum. [35] aprehensa manu mea sic dixit. fratres hunc clementem. episcopum vobis [36] ordino. qui mihi ab initio vsque ad finem comes in omnibus fuit. Cum [37] ergo ego ad pedes procidens declina-

---

([6] o. e. p. ([7] *addit*: B. ([8] sibi Successorem. ([9] *addit*: Pontifex. ([10] innumerabilia ([11] baptisaret e. c. e. Saturnius Consul. ([12] captauerat: ([13] hæc. ([14] *addit*: corpus eius. ([15] f. i. V. sepultum. ([16] sollenitate. ([17] e. p. *desunt*. ([18] in Hostiam est deportatum. ([19] *Habes finem anni Dominici*: *81. Addit titulum sequentium*: CLETVS III. ([20] de Regione Vico patricio. ([21] XXV. ([22] P. o i. v. R. m. Decembri. Sepultus est... ([23] *addit*: in Vaticano. ([24] *addit*: et cessauit Episcopatus diebus triginta quinque. *I. d. A.*: *86. Nunc per sex Domini annos vacuum spatium usque ad annum 92. ubi titulum addit*: CLEMENS IV. ([25] C. R. N. ([26] l. m. s. Ch. r. ([27] qui. ([28] *de adest*. ([29] perquirerent. ([30] a. s. L. e. C. P. ([31] *addit*: ipse. ([32] per electionem. ([33] quo vitæ finem. ([34] præs.. ([35] positus. ([36] vrbis. ([37] Cumque.

rem honorem cathedre. [38] respondit. tu peccati periculum timens fugis kathedram. Certus esto, quia [39] amplius peccas. qui populum dei velut in fluctibus. [40] cum possis iuuare [41] subterfugis. tui tantummodo consideratione habens. [42] et non quod in commune expedit prouidens. Huius corpus circa cersonam. vbi in exilio [43] relegatus fuerat. in mare ponticum proiectum diu iacuit. sed post multorum annorum curricula. mari ab illo loco recedente. a beato cyrillo morauorum episcopo. et pene omnium sclauorum apostolo [44] diuinitus repertum. delatum est tempore primi nycolai [45] pape romam et in eclesia sancti clementis per papam et populum romanum honorifice reconditum in qua ecclesia. et beatus cyrillus paulo post diem claudens extremum [46] tumulatur miraculis choruscando. [47]

Imperatores.

58.

NEro. I. imperauit. annis. XIIII. [1] Hic romanum imperium deformauit et minuit. Piscabatur retibus aureis. quæ sericeis [2] funibus extrahebantur infinitam partem senatus [3] interfecit. bonis hominibus hostis fuit. cytharetico habitu vel tragico [4] parricidia multa commisit. fratre. vxore. matre. [5] et magistro interfectis. urbem rome [6] incendit. christianis primam persecutionem intulit. [7] et in omnibus flagitijs suis hoc addidit. vt sanctos dei petrum et paulum trucidaret propter hoc [8] a romanis omnibus [9] destitutus. simul et a senatu hostis iudicatur [10] huius anno XV.⁰ [11] Jacobus frater domini. qui ab omnibus iustus appellatur. primo a iudeis [12] lapidatus. [13] post [14] pertica fullonis excerebratus occubuit. Seneca condubensis. [15] primitus [16] lucani poete. post [17] præceptor neronis. vita et sciencia præclarus [18] incisione vene et haustu veneni iussu neronis perijt. Hoc tempore iudea romanis rebellis efficitur. [19] et a nerone contra ipsam vespasianus mittitur. Nero [20] cum

---

([38]. C. h. ([39]. quod. ([40]. *addit*: positum. ([41]. adiuuare. ([42]. cogitationi inhærens. ([43]. Chersonam, vbi exilio. ([44]. a. B. Cyrillo Morauorum Episcopo et Pene solanorum. ([45]. Nicolai. ([46]. post paucos dies c. e. d. ([47]. coruscando. *I. d. A.*: *101. addit*: ANACLETUS V. ([1]. tredecim, *addit*: mensibus septem, diebus nouemdecim. ([2]. sericis. ([3]. S. p. ([4]. Citharœdico et tragico. ([5]. *deest.* ([6]. Romam. ([7]. *sequentia h, l. desunt. sed ocurrant inferius sub anno: 64.* ([8]. Propter hæc. ([9]. hominibus. *corr. in marg.*: omnibus. ([10]. *addit*: inter viam Salariam et Numentanam interfectus est. ([11]. sexto. ([12]. p. a. i. *desunt.* ([13]. *addit*: est. ([14]. postea. ([15]. Cordubensis. ([16]. Patruus. ([17]. *deest.* ([18]. clarus. ([19]. R. r. e. J. ([20]. *addit*: etiam omnibus flagitijs hoc.. *cf. vide supra*: 7. *additque*: Hic...

propter vrbis incensionem. et alia sua [21] maleficia quæreretur ad penam. e [69] pallatio [22] fugit. et in suburbano quod fuit inter salariam. et numentanam. ad quartum vrbis miliarium se ipsum interfecit. et a lupis dicitur comestus. De ipso refert suetolus. [23] quod cum esset sceleratissimus nullum hominem ex aliqua parte corporis pudicum vel purum iudicabat. adeo quod [24] suis. obscenitatem [25] ceteraque delicta libere concedebat. Nullam vestem bis induit. soleas argenteas mulis fecit. in nulla tamen re dampnosior [26] quam in edificando. Nam pallatij ipsius largitas. structura ornatus. ex auro. argento. gemmis et ebore breui sermone non potest comprehendi. Hijs [27] temporibus coliseus siue colosus rome [28] erigitur habens altitudinis. C. VII. pedes. [29]

Galba. I. Mensibus. VII In ybernia vitellus in germania otto romanum imperium regentes [30] per annum. se interfecerunt. [31]

72.

UEspasianus I. [32] annis. IX. Mensibus. XI. diebus. XXII. Hic factus est imperator apud palestinam [33] obscure tamen natus est sed optimus [34] comparandus. Sub hoc iudea romano cessit imperio et [35] cum filio tyto de iherosolimis triumphauit. quapropter [36] senatui et populo romano exstitit amabilis et iocundus. [37] profluxu ventris perijt. et cum morte vrgeretur erexit se. [38] stantem inquid [39] decet imperatorem excedere terris. Hic a claudio in germaniam et brittaniam missus tricesies et bis cum hoste conflixit. [40] validissimas gentes romano adiecit imperio. [41] Hijs temporibus a tyto et vespasiano iherosolima subuertitur. et ab eis omnia ornamenta templi. delata sunt rome. sicut iheronymus in expositione ioelis prophete refert in templo pacis reposita fuerunt

83.

Tytus I. [42] annis tribus. Hic [43] mirabilis [44] virtutum. adeo vt diceretur delicie humani generis. [45] Hic conuictos aduersum se de con-

---

([21]. deest. ([22]. a palatio. ([23]. Suetonius. ([24]. Ideoque. ([25]. o. s. ([26]. r. t. d. fuit. ([27]. Huius ([28]. Coloseus, seu Colossus Roma. ([29]. p. centum et septem. *I. d. A.*: *70. addit*: GALBA VII. ([30]. Hibernia, Vitellius i. G. octo, R. r. i. ([31]. sese i. *I. d. A.*: *71. addit*: VESPASIANVS VIII. ([32]. *addit*: imperauit. ([33]. in Palestina. ([34]. quidem n. e. s. optimis. ([35]. Hic. ([36]. propter hoc. ([37]. ac iucundus. ([38]. *addit*: et. ([39]. inquit. ([40]. *addit*: et. ([41]. R. i. a. *I. d. A.*: *76. relicto per quinque sequentes annos vacuo spatio; addit* TITVS IX. „Hijs —. . sita fuerunt." *desiderantur Incipit annus*: *82.* ([42]. Tit. ([43]. *addit*: Hierusalem cum Patre Vespasiano subvertit. ([44]. *addit*: omnium. ([45]. D. h. g. d.

iuratione. dimisit in eadem familiaritate quam ante habuerant permanere [46] liberalitatis tante fuit. vt nulli quicquam [47] negaret. dicens [48] se diem illum [49] perdidisse quo nihil dederat. In patris [50] villa apud sabinos sepultus est. Tantus luctus eo mortuo in urbe fuit vt omnes quasi suam mortem deflerent. [51] et licet pater eius magnarum virtutum fuit. filius tamen quia excessit patrem virtute prŏpænitur patri in scriptis. et in communi locutione. [52]

85.

DOmicianus I. [53] annis. XIII. Mensibus. V. Hic frater tyti fuit. primis annis. moderatus [54] imperio fuit. Mox ad ingentia vicia progressus tantum in se excitauit [55] vt merita patris et fratris aboleret. Interfecit nobilissimos de senatu. deum et dominum primo appellari se [56] iussit. nullam sibi nisi auream vel argenteam [57] statuam in capitolio. [58] passus est poni. consobrinos interfecit. Secundam [59] christianis intulit persecutionem. Ab isto. [60] iohannes ewangelista in pathmos insula [61] relegatur. Hic licet filius vespasiani et frater tyti [62] fuerit. in nullo tamen ipsis. sed potius neroni aut gallicule [63] similis fuit. Verum cum propter [64] scelera sua uniuersis exosus fuisset. interfectus est a suis in pallatio. anno etatis sue. XXXVI. et cum dedecore sepultus. [65] huius tempore passus est dyonisius ariopayta. [66] cum socijs suis et sanctus lucianus beati petri discipulus quos sanctus clemens coniunxerat in gallias mittendo. Istius tempore edificatum est templum [67] pantheon. quæ nunc sancta. [68] Maria. rotunda dicitur. factum est autem hoc modo. Senatores percipientes persas [69] rebellasse. cum marchum [70] agrippam vrbis præfectum illuc mittere voluissent. et ille renueret. petens trium dierum deliberationem. et dum quadam nocte super hoc cogitando ob-

---

([46]. permanendo. ([47]. quidquam. ([48]. *addit*: Nullum tristem ab Imperatore discedere debere: Asserens. ([49]. i. d. ([50]. In ea qua Pater. ([51]. *I. d. A.*: *84. Notandum insuper, notitias de Tito decurrere duas columnas, quarum restans sic habet*: „A Jerosolymis omnia ornamenta templi delata sunt Romam, et juxta quod Hieronymus in expositione Johelis Prophetæ refert quod in templo Pacis reposita fuerunt, et Judæos de Jerosolyma cœpit, et Mortem Christi vindicavit post quadraginta annos post passionem Christi. vt dicit Magister Bruno de Florentia, in fin. c.“ ([52]. „et licet — locutione“ *desunt. addit*: DOMITIANVS X. ([53]. *addit*: imperauit. ([54]. *addit*: in. ([55]. *corr. in marg.* effecit. ([56]. Dominum e. D. primum s. a. ([57]. argent.. v. a. ([58]. *addit*: sibi. ([59]. *addit*: post Neronem. ([60]. A. i. *desunt.* ([61]. in Pathmum. ([62]. T. f. ([63]. et Caligulæ. ([64]. ob. ([65]. *adit*: est. ([66]. Dionysus Areopagita. ([67]. *deest.* ([68]. quod n. *deest*: s.. ([69]. Persam. ([70]. Marcum.

dormisset apparuit ei quædam femina dicens. quod si promitteret se facturum vnum templum ad honorem ipsius sicut ipsa doceret vinceret eius [71] auxilio. Asserens se uocari Cybelem matrem omnium deorum. Agrippa cum hoc promisisset et mane consurgens hanc visionem senatui retulisset. missus cum magno apparatu nauium. et quinque legionibus militum persas debellauit. [72]

NErua I. anno. I. Mensibus. IIII. Iste omnia quæ domicianus fecerat dampnauit. vnde [73] iohannes ewangelista. de exilio ephesum rediit. [74]

100.

TRaianus I. imperauit. annis. XIX. [75] Iste asya et babilonia capta. ad indye fines et alexandriam [76] accessit. Hic non per se sed per suos consiliarios. terciam christianis iussit inferri persecutionem. hic ex familia hyspana [77] natus in ytalia. apud agrippinam in gallijs imperator factus est. hic post augustum. fines romani imperij. longe lateque ampliauit. vsque ad partes indye. [78] in mari rubro classem instituit. vt per eam fines indye vastaret, Rome et per prouincias omnibus se equalem exhibens. amicos suos salutandi causa frequentans vel egrotantes. liberalis cunctis fuit. [79] Hic post ingentem belli gloriam a perside rediens. [80] apud seleuciam profluuio ventris extinctus est. Ossa vero ipsius [81] in vrna aurea rome [82] delata. in foro quod [83] ipse edificauit sub columpna posita sunt Cuius altitudo est. [84] C. XL. pedes. Hic solus olim infra [85] vrbem sepultus [86] inter diuos relatus est. [87] Huius hoc insigne [88] memorie est. vt in senatu principibus acclametur non aliter. nisi felicio [89] augusto melior traiano. Sub hoc [90] passus est sanctus ignatius. discipulus sancti iohannis ewangeliste. episcopus antiochene. [91] qui traiano de uictoria redeunti. et mortem christianis comminanti. occurrit. et se christianum confitens ferro uinctus romam [92] ducitur. Cuius corpus cum minuatim [93] diuisum esset. nomen christi. [94] singulis particulis aureis litteris scriptum inuentum est. [95] Eo tempore floruit

---

([71] ipsius. ([72] *I. d. A.*: *98. addit*: NERVA. XI. ([73] *addit*: et. ([74] *I. d. A.*: *100 addit*: TRAIANVS XII. ([75] ...XVIII. ([76] post Alexandrum. ([77] Hispania. ([78] ad fines Indiæ accessit, et. ([79] extitit cunctis. ([80] veniens. ([81] *addit*: collata. — *h. l. posuit in Cod. nostro eadem manus vocem*: delata, *quam autem ipsa delevit.* ([82] Romam. ([83] quem. ([84] *deest.* ([85] omnium intra. ([86] *addit*: est, et. ([87] *deest.* ([88] signum. ([89] n. a. acclametur nisi felicior. ([90] eo. ([91] Antiochiæ. ([92] R. f. v. ([93] Huius cor cum minutim. ([94] *addit*: in. ([95] scriptum fuit.

eustachius cognomento placidus. magister militie traiani. [96] cui in venatione inter cornua cervi christus in cruce apparuit. et post cum uxore et pueris baptizatus. sicut christus. prædixerat. multa cum uxore et filijs adversa sustinuit. Pantheon. [97] fulmine concrematur. denuoque reparatur. Plinius orator et ystoricus floret. [98] qui mitigauit trajanum seuientem in christianos. a persecutione ipsorum. scribens ei. in christianis nil mali repperi posse. præter quod ydolis non sacrificarent. et christum velut deum anlucem surgentes glorificarent. huius tempore symon cleophas consobrinus iacobi. apostoli. martyrio coronatur.

Pontifices.

102.

ANacletus I. natione grecus. de regione athenis ex patre antiocho sedit. annis. IX. Mensibus. II. diebus. X. et cessauit episcopatus. diebus. XIII. Hic memoriam beati petri construxit. et composuit. seu alia loca vbi episcopi sepulture traderentur. [1] Sepultus est iuxta corpus beati petri. III. idus. iulij. Hic constituit vt clericus nec comam nutriat. nec [2] barbam. De isto tacet eusebius in cronicis. dicens [3] quod anacletus. ipse est qui et cletus. sed damasus papa in cronica romanorum pontificum, quam scribit iheronimo [4] ponit eos diuersos dicens [5] quod cletus fuit [6] romanus. anacletus vero [7] grecus. Non solum autem [8] in hoc sed in pluribus alijs cronica [9] eusebij dissentit ab illis cronicis. [10] Hic etiam beatus pontifex per epistolam suam fideles omnes monuit. vt presbyteri præ ceteris honorentur. dicens quod deo sacrificantes non solum debent honorari. sed portari ab omnibus venerando. et cum presbyteri quando sacrificant. testes secum habeant. maxime episcopi ut domino sacrificare probentur.

111.

EVstachius I. natione. græcus. ex patre iudeo nomine iuda [11] de ciuitate bethlehem. sedit. annis. X. Mensibus. VII. diebus. II. et

---

([96] *addit*: Imperatoris. ([97] *addit*: Romæ. ([98] *addit in marg.*: „non sub hoc Imperatore sed sequenti qui et Traianus Hadrianus quod adoptatus esset dicitur, Martyrologium Romanum ad tertium Maij. et notæ eius“ *Deinde addit in textu*: Alexander Papa martyrio coronatur. *I. d. A.*: *118. nullo relicto spatio pro iis, quæ adhuc in nostro textu sequuntur videlicet*: „qui mitigauit — coronatur.“ *addit*: ADRIANVS XIII. *pro anno 119. et seqq.* t. s. ([2] neque. ([3] E. i. Ch. et dicit. ([4] Hieronymo. ([5] et dicit. ([6] fuerit Natione. ([7] autem Natione. ([8] Neque solum. ([9] Chronicon. ([10] Chronicis. *I. d. Chron. Pont. A.*: *109 relicto vacuo unius anni spatio.* „Hic etiam — probentur“ *desiderantur Addit a textu nostro divergentem titulum*: EVARISTVS VI. ([11] i. *superscripsit manus eadem*

cessauit. episcopatus. diebus. XVII. [12] Hic tytulos in vrbe rome [13] diuisit presbyteris. et VII. dyaconos constituit. qui custodirent episcopum prædicantem propter stilum erroris qui posset episcopo [14] imponi ab emulis. et sic infamaretur episcopus et verbo diuino detraheretur [15] constituit etiam vt coniugium a parentibus publice sponsetur. et demum a sacerdote benedicatur sollempniter. Hic martyrio coronatur sub persecutione traiani sepultus est [16] in uaticano. [17]

121.

ALexander .1. natione romanus. ex patre alexandro de regione capitauri sedit. annis. VIII. Mensibus. V. diebus. II. et cessauit. episcopatus. diebus. XXXV. Hic constituit aquam [18] benedici cum sale et habitacula hominum aspergi hic sub adriano imperatore missus est in carcerem. et hermes præfectus vrbis qui per eum crediderat. atque euentius presbyter et theodolus [19] dyaconus qui cum papa alexandro. et cum pluribus alijs martyrio coronantur. diuersis penis affecti. [20] papa. vero. [21] tunc via numentana sepultus. post in ecclesiam sancte sabine translatus est. [22] Hic ob [23] memoriam passionis christi. in canone addidit. Qui pridie quam pateretur. vsque. [24] hoc est. corpus. Et [25] statuit vt in missa [26] aqua vino [27] misceretur. ad designandam vnionem christi et ecclesie. et oblata [28] fieret ex azimo. et [29] modica quantitate dicens hec oblatio quanto potior tanto rarior. [29-a]

129.

SYxtus .1. natione romanus. ex patre pastore. regione via lata. sedit annis. X. Mensibus. III. diebus. XXI. et cessauit. diebus. II. Hic constituit vt. Sanctus. sanctus. sanctus. diceretur [30] in missa. et vt sacra mysteria [31] non tangerentur nisi a ministris. Iste foris portam apiam decollatus fuit. [32] vbi dominus apparuit petro. [33] domine quo vadis. Sepultus. est in vaticano iuxta corpus beati petri. Huius temporibus. dum seuiente vbique persecutione christianorum. paucissimi inuenirentur qui se dicerent. christianos. christianis [34] in gallia poscentibus. vt eis [35] ali-

---

([12] octodecim. ([13] Titulos in vrbe Roma. ([14] *deest*. ([15] *addit*: ab Insidiatoribus. ([16] *addit*: iuxta corpus B. Petri. ([17] *I. d. A.*: *120. addit*: ALEXANDER VII. ([18] *addit*: aspersionis. ([19] Theodulus. ([20] d. p. a. m. c. *addit*: Alexander. ([21] *deest*. ([22] e. t. ([23] in. ([24] *deest*. ([25] HOC EST CORPVS MEVM. His etiam. ([26] desunt. ([27] v. a. ([28] oblatio. ([29] *addit*: in. ([29a] t. p. q. r. *I. d. A.*: *128. addit*: SIXTVS VIII. ([30] v. d.: S. S. S. Dominus Deus Sabaoth. ([31] vt. *deest*. ministeria sacrata. ([32] d. f. *desunt, sed corr. in marg.*: Decollatur. ([33] *addit in marg.*: dicenti. ([34] *deest, sed suppletur in marg.* ([35] ipsis.

quem virum dirigeret. qui pene iam exstinctam lucernam fidei reaccenderet. misit episcopum peregrinum [36] genere romanum. cum aliis pluribus. [37] qui peregrinus [38] multis ad fidem conversis ibidem martyrio coronatur. [39] Syxtus papa [40] constituit. vt corporale non fieret de serico. sed de purissimo lino contexto non tincto. et vt mulier vasa altaris vel [41] pallas non tangeret. [42] Hic etiam constituit. quicumque episcoporum vocatus fuisset ad curiam. rediens ad ecclesiam suam non reciperetur nisi cum litteris papalibus

139.

THelesphorus [43] .1. natus [44] ex anachorita [45] sedit. annis XI. Mensibus. III. diebus. XXII. et cessauit diebus. VII. Hic constituit vt. VII. ebdomadis [46] ante pascha ieiunium celebretur. et ut missam ante terciam nullus præsumat [47] canere. et constituit ymnum angelicum ante sacrificium canere. [48] et in natali domini cantari tres missas cum gloria in excelsis. [49] Hic martyrio coronatur et in vaticano [50] sepelitur. iuxta corpus. beati petri Septem autem ebdomadas [51] maxime clericis ieiunare [52] præcepit et a carne et delitijs abstinere [53] dicens. sicut. discreta debet [54] esse vita clericorum a conuersatione laycorum. [55] ita [56] ieiunium debet esse discretum [57] Tres [58] missas in natali christi. sic [59] constituit. [60] primam in galli [61] cantu [62] quando christus in bethlehem nasci dignatus est. Secundam in [63] aurora quando christus [64] a pastoribus adoratus est terciam [65] hora diei tercia quando illuxit nobis dies redemptionis nostre. [66]

150.

YGinus .1. natione grecus de athena. cuius genealoya [67] non invenitur. sedit. annis. IIII. Mensibus. III. diebus. VI. et cessauit. die-

---

([36] P. E. ([37] g. R. ipsique populos alios sociando. ([38] peregrinis. ([39] *addit*: Hic. ([40] *desunt*. ([41] v. sacra Altaris et. ([42] *I. d. A. 138. Quæ in nostro textu sequuntur desunt. Addit pro anno 139. & seqq, titulum*: TELESPHORVS. IX. ([43] Teloforus: *nota marg.*: Thelesphorus alij. ([44] *deest*. ([45] Anachoria. ([46] per septem Hebdomadas ([47] præsumeret. ([48] e. c. cani Hymnum A. a. S. ([49] GLORIA IN EXCELSIS DEO. ([50] *addit*: iuxta corpus B. Petri. ([51] Hebdomadarum ieiuninum plene ieiunandum. ([52] *deest*. ([53] e. a. c. e. d. a. *desunt* ([54] decet. ([55] L. c. ([56] *addit*: et. ([57] discretio: *addit*: Has ergo septem Hebdomadas omnes Clerici a carne et delitijs ieiunent. ([58] *addit*: autem. ([59] *deest*. ([60] instituit. ([61] Gallorum. ([62] *addit*: pro ximante media nocte. ([63] *deest, sed addit*: illucescente. ([64] *addit*: in cunabulis. ([65] e. a. T. *addit*: Missam ipsa. ([66] *I. d. A. 149. Addit*: HYGINIVS X. ([67] Hyginius N. G. de Athenis, c. Genealogia.

bus. HI. Hic clerum composuit et gradus distribuit. [68] hic constituit ut vnus patrinus vel patrina sus [69] leuatum puerum recipiat de baptismo. [70] Similiter in cathezizatione seu confirmatione. [71] et constituit quod excepto romano pontifice nullus metropolitanus audiat causam episcopi sue prouintie nec eum condempnet. nisi causa in conspectu episcoporum comprouintialium suorum fuerit ventilata hic martyrio coronatus sepelitur in uaticano.

Imperatores.

119.

Adrianus .1. [1] imperauit. annis XXI. Iste rebelles iudeos secundo subiugauit. vrbem iherosolimam restaurauit. non iudeos sed alias gentes in ea collocando. [2] Hic [3] fuit in omnibus gloriosus. leges multas condidit. et columpnam in vrbe nomine suo [4] fieri fecit. Qui licet traiani nepos esset. tamen glorie traiani inuidens [5] tres prouintias scilicet [6] syriam mesopotaniam [7] et armeniam. quas traianus addiderat reliquit. Idem de dacia facere conantem. amici deterruerunt eum. quia traianus victa dacia. ex toto orbe rome. [8] infinitam hominum multitudinem ad agros et vineas [9] colendas transtulerat. pacem tamen omni tempore imperij sui [10] habuit. facundissimus latino sermone greco eruditissimus fuit. [11] Diligentissimus circa eraria [12] fuit et militum disciplinam. Obijt in campania. [13] Senatus noluit ei tribuere diuinos honores tamen successor eius [14] multo conatu apud senatores vix obtinuit. Hic [15] adrianus restaurata iherosolima. præcepit ne cui iudeorum daretur licentia intrandi. sed tantum christianis. et illo tempore factum est ut locus passionis christi. esset intra muros qui prius erat extra. [16] et quia ipse vocabatur elyus [17] adrianus. voluit. ut iherosolimá nomine suo vocaretur elyà. Sub adriano passa [18] rome beata virgo serapia genere antiochena. [19] manens in domo nobilissime femine sabine. quam sua doctrina conuerterat. vnde [20] sancta sabina. quia collegisset ossa beate [21] serapie accusatur. ac demum ipsa martyrio coronatur. Floruit et hijs [22]

([68] *addit*: Hic sepultus est in Ecclesia B. Petri. ([69] P. suscipiat ([70] l. a fonte Baptismi. *r. deest.* ([71] s. et in Confirm. et in Catechizatione. *Addit*: Hic martyrio coronatur. *I. d. A. 153 Addit*: PIVS XI. *pro anno 154, reliqua Codicis nostri non habens.* ([1] Hadrianus ([2] locando. ([3] Iste ([4] s. n. i. Vrbe. ([5] *addit*: statim. ([6] videlicet. ([7] Mesopotaniam. ([8] Romano. ([9] vrbes. ([10] s. I. ([11] *deest.* ([12] ærarium. ([13] *addit*: Imperij sui anno vigesimo primo. ([14] ipsius. ([15] *deest, addit* H. ([16] fuerat e. ([17] Aelius. ([18] *addit*: est. ([19] A. g. ([20] *addit*: ipsa. ([21] S. ([22] huius.

temporibus Secundus phylosophus. qui phylosophatus [23] est omni tempore silentium seruans. causa vero silentij in suo libro demonstratur. hoc tempore aquila genere ponticus. secundus interpres mosayce legis floret. Hic adrianus præcepit [24] vt nemo auderet [25] christianos sine obiectu criminis aut probatione [26] dampnare. huius tempore greco more tunc primum in olientali ecclesia christianorum mysteria celebrata sunt quæ prius hebrayce celebrata fuerunt. [27] hic postquam rempublicam iustissimis legibus ordinauit. et bybliothecam athenis miri operis exstruxit. obijt. [28]

140.

ANthonius .1. pius cum filijs imperauit annis. XXII. [29] Iste ob hoc tale cognomen accepit. quia in omni regno cautionibus retentis. creditorum debita relaxauit. Iste gener adriani erga christianos pius fuit. et adeo tranquille regnauit. vt merito pius et pater diceretur. [30] erarium opulentum reliquid [31] rem publicam ampliauit. post mortem vero ipsius [32] tamquam romulus colebatur. Obijt autem apud ortam [33] villam suam. miliario ab vrbe. XII. atque inter diuos correlatus est [34] et merito consecratus. Hoc tempore Galienus [35] medicus. pergamo oriundus rome claret. Eo [36] tempore floruit pompeyus trogus natione yspanus. qui tocius orbis ystoriam [37] a tempore nini regis assyriorum vsque — [38] monarchiam cesaris latino sermone deduxit. distinguens per libros. XLIIII. quorum abreuiationem fecit iustinus eius discipulus. qui anthonio [39] pio. librum de christiana religione compositum tradidit et benignum eum christianum [40] fecit. Hic anthonius adeo pius fuit, vt nulli acerbus esset. [41] quærens bonis honorem, qui dicitur tale verbum [42] dixisse, Malo exemplo scipionis unum ciuem seruare quam mille hostes occidere, Huius anthonij. [43] filia faustina nomine. cum vidisset gladiatores duos simul cum gladiis ludere. [44] exarsit in unum. propter quod cum languere cepisset. viro suo marco causam [45] languoris manifestauit. qui per consilium medicorum chaldeorum ipsum gladiatorem fecit interfici. et sanguine ipsius corpus faustine perungi. maxime partem illam

---

([21] Phil..q. phi... ([24] *addit* : per Epistolam. ([25] nemini liceret. ([26] ante probationem. ([27] h. t. g.—fierunt *desunt*. ([28] *addit*: in Campania. *I. d. A. 139. Addit pro anno sequenti*: ANTONIUS XIV. ([29] *addit*: mensibus tribus. ([30] dictus fuerit. ([31] *addit*: et. ([32] eius. ([33] Ortam. ([34] e. relatus. ([35] Galenus. ([36] *addit*: etiam. ([37] Historias. ([38] ad. ([39] qui Justinus Philosophus, Antsnio. *addit in marg.*: Antonino. ([40] Christianis. ([41] fuerit. ([42] exemplum. ([43] Antonini. ([44] d. s. c. g. l. *desunt*. ([45] M. Antonio caussam.

vbi libido concupiscentie vehementius inflammatur. [46] quo facto mox [47] cessavit temptatio et infirmitas. [48] Huius anthonij tempore floruit. ptholomeus vir mirabilis in mathematicis. qui plus addidit astronomye quam totum esset quod ante se invenit scriptum. fuit autem educatus. alexandrie. et cum instrumentis astronomicis obseruauit astra tempore prædicti imperatoris in alexandria et in rodo. Fuit etiam statura moderatus colore albus. fortis ire. pauci cibo. rẽdolentem habens anhelitum et indumenta nitida. Composuit autem libros multos. videlicet alma gesti et perspectiuam. et in iudicijs quadrupartitum et centilogyum. et plures alios. vixit annis LXXX. VIII. De prouerbijs etiam suis et hoc insigne est. Qui inter sapientes humilior est. sapientior existit. sicut locus profundior magis habundat aqua omnibus alijs lacunis. et hoc. Non diseras nisi cum eo qui veritati concedit. nec respondeas nisi a te quærenti consilium et cupide recipienti. Et hoc. Tuum consilium non commitas nisi qui hoc celauerit. et hoc. Inter homines maior existit. qui non curat in cuius manu sit mundus. et hoc. Meditatio veritatis existit clauis.

Pontifices.

154.

PIus .1. natione ytalicus. de ciuitate aquileia. ex patre rufino. sedit. annis. XI. Mensibus. IIII. diebus. XXI. et cessauit. diebus. XIIII. Sub cuius episcopatu hermes librum scripsit. in quo mandatum continetur. ut resurrectio. [1] non [2] nisi die dominica celebretur. Hic constituit. hereticum venientem ex iudeorum heresi suscipi et baptizari. hic fecit ordinationes. V. Martyrio coronatus. sepelitur in vaticano iuxta corpus. beati petri. [3] Huius tempore. policarpus episcopus ephesinus iohannis apostoli discipulus. romam veniens multos ab heretica labe reuocavit. qui valentini et tridonis [4] doctrina fuerant corrupti. hijs [5] temporibus fuerunt rome sacratissime due virgines potentiana et praxedis. [6] Quis autem fuit prædictus hermes idem papa in epistola sua demonstrat dicens. Istis temporibus hermes doctor fidei et scripturarum effulsit. et licet die dominica nos pascha domini celebraremus. et quidam

---

([46] m. p. i. v. l. c. v. i. *desunt.* ([47] *deest.* ([48] *I. d. A. 149. remanente vacuo 12. annorum spatio.* »Huius—clavis.« *desiderantur. Addit sub anno 162 titulum sequentium*: MARCVS ANTONIVS VERVS XV. ([1] *addit*: Dominica. ([2] *deest.* ([3] sepultus est i. c. B. P. i. V. ([4] *corr. in marg.*: Cerdonis. ([5] Huius. ([6] *I. d. A. 163. remanente duorum annorum spatio vacuo.* »Quis—pronuntiamus.« *desiderantur. Addit*: ANICETVS XII.

inde dubitarent. ad corroborandas animas eorum. eidem hermeti. angelus domini in habitu pastoris apparuit. et præcepit vt pascha domini die dominica celebretur. quod nos auctoritate apostolica pronuntiamus.

165.

ANicetus .1. natione syrus ex patre iohanne. de vico mirra. sedit annis. IX. Mensibus. III. diebus. IIII. [7] cessauit. diebus. XV. [8] Hic constituit vt clericus [9] habeat coronam in modum sperule. [10] Hic statuit [11] vt episcopus consecrari non debeat. nisi ad minus cum [12] tribus episcopis. nam apostoli sicut ipse asserit. hoc seruauerunt. Si autem archiepiscopus est consecrandus. omnes conprouinciales [13] debent adesse. sicut omnes ei tenentur [14] obedire. Item statuit. vt si aliquis episcopus. habet aliquid erga suum. archiepiscopum. non alias [15] esse deferendum nisi ad primatem. vel ad sedem apostolicam. Hic sepultus est via apia in cymitio kalixti. [16] hic etiam statuit. vt nulli archiepiscopi primates vel patriarche vocentur nisi illi qui primas tenent ciuitates. quarum episcopos. apostoli vel successores eorum regulariter patriarchas vel primates esse constituerunt. sed metropolitani uocentur.

175.

SOther .1. natione campanus ex patre concordio de ciuitate fundensi. [17] sedit. annis. IX. Mensibus. III. [18] diebus. XXI. et cessauit. diebus. XXII. Hic constituit vt nulla monacha pallas [19] sacratas tangeret. nec incensum poneret in sancta ecclesia. et vt velum portet Constituit. etiam vt legitima non habeatur uxor nisi a sacerdote [20] fuerit benedicta et a parentibus fuerit solempniter tradita. et a paranimphys custodita. cauens multis periculis. quæ solent circa matrimonium contingere. hic martyrio. coronatus. sepultus est in uaticano. [21] Huius temporibus cathafrige [22] heretici. exorti sunt. qui a frigia prouintia vnde originem habuerunt nominati sunt. hij spiritum sanctum nec apostolis nec alijs datum asserunt. nisi tantum ipsis. Quorum auctores fuerunt montanus prisca et maximilla. [23]

([7] d. quindecim. ([8] c. d. xv. *desunt.* ([9] *addit*: non nutriat comam, nec barbam. et vt. ([10] haberet c. i. m. Spærulæ. *corr. in ora*: Sphærulæ. ([11] constituit. ([12] a. ([13] *addit*: Episcopi. ([14] t. e. ([15] alio. ([16] H. S. e. v. Appia in Cœmiterio Calixti. *l.d A.*: *174. addit*: SOTHER XIII. »hic—uocentur.« *desunt Pro novem proxime seqq. annis.* ([17] Fundana. ([18] duobus. ([19] palla *corr. in ora*: pallas sacratas, ([20] per sacerdotem. ([21] *addit*: in Ecclesia cancti Petri. ([22] Cataphrygæ. ([23] *l. d. A. 183. addit pro seq.* ELEVTHERIVS XIV.

183.

Eleutherius .1. natione grecus ex patre habundo de opido nychopolis. [24] sedit. annis. XV. Mensibus. VI. [25] diebus. V. et cessauit diebus. VI. Hic accepit epistolam a lucio rege brittanico. [26] vt christianus per eius mandatum fieret. et hoc iterum [27] firmauit vt nulla escar quæ fieret usualis a christianis repudiaretur. [28] quæ esset rationabilis et humuna. [29] Cui papa misit duos religiosos viros videlicet fuganum et dimianum. [30] qui regem [31] baptizauerunt [32] et populum. Erant tunc in brittania XVIII. [33] pontifices ydolorum. quos flamines vocabant. inter quos tres erant archiflamines. [34] Sed prædicti sancti ex [35] mandato apostolici [36] vbi erant flamines statuerunt [37] episcopos. vbi [38] archiflamines. archiepiscopos. Hic quod apostoli firmauerant. [39] suo decreto renouauit. videlicet. de prædicta esca rationabili. [40] Hic martyrio coronatus. sepultus est [41] apud sanctum petrum. Huius tempore. appolinaris herapoli, [42] et dyonisius chorinti [43] clarissimi habentur episcopi. [44] Hic etiam pontifex statuit. vt nullus a gradu suo deiceretur nisi primum esset accusatus. asserens quod dominus noster ihesus christus iudam sciebat esse furem sed quia non est accusatus ideo non est eiectus. et quicquid interim inter apostolos egit pro dignitate ministerii ratum mansit. prohibuit etiam vt absente eo cuius causa ventilabatur sententia nullatenus proferretur.

199.

Victor .1. natione. afer. ex patre felice. sedit. annis. X. Mensibus. II. diebus. X. [45] et cessauit. episcopatus. [46] diebus. XII. hic ad sacerdotum interrogationem de termino paschali. Celebrauit [47] propter hoc concilium. in alexandria palestine. [48] vbi fuit [49] Narcissus patriarcha iherosolimorum. Theophilus [50] cesaree episcopus et hyrennius [51] episcopus lugdunensis. vbi statutum est. vt pascha semper die dominica [52] celebretur. obseruata. XIIII.a luna. mensis aprilis. vsque ad

---

([24] p. Abundo de oppido Nicopolis. ([25] Mense. ([26] Brittanico. ([27] hic etiam. ([28] *addit* : maxime fidelibus. ([29] r. et h. e. ([30] Damianum. ([31] *addit*: prædictum. ([32] baptizavit. ([33] viginti octo. ([34] A. e. ([35] de. ([36] Apostoli. ([37] instituerunt. ([38] *addit*: erant. ([39] firmauerunt. ([40] ut videlicet a Christianis nulla esca repudiaretur, quæ rationabilis esset et humana. ([41] *addit*: in Vaticano ([42] Hierapoli. ([43] Corinthi. ([44] *I. d. A. 193*: *sequitur vacuum quinque annorum spatium.* »Hic etiam – proferetur.« *desiderantur. addit*: VICTOR XV. ([45] d. x. *desunt.* ([46] *deest.* ([47] *addit*: Concilium. Celebratum est autem. ([48] *addit*: cuit interfuit ipse Papa Victor. ([49] v. f. *desunt.* ([50] *addit*: quoque. ([51] Irenæus. ([52] s. die d. P.

XXI. Multi enim tunc episcopi [53] orientis cum iudeis pascha celebrabant. Hic constituit vt [54] quicumque hominum siue in flumine. siue in fontibus siue in mari. tantum christiana confessione credulitatis clarificata. baptizaretur. hic [55] martyrio coronatus. [56] sepultus. apud sanctum petrum·

Imperatores.

153.

MArchus .1. anthonius verus. [1] cum fratre. lucio aurelio commodo. imperauit. annis. XIX. Ab isto roma incepit duos imperatores habere. Yste optimus fuit. tamen a suis mota est christianis. V^ta^ persecutio. [2] Horum tempore primum res publica. equo iuris. [3] imperium administrantibus paruit. Mortuo tamen altero solus anthonius rem publicam rexit. [4] et tam in oriente in asya. quam in occidente in gallijs multi martyrio coronati. sunt. In asya sanctus policarpus. alij etiam [5] XII. cum eo. et [6] filadelphia. In gallia vero sanctus iustus. vienensis [7] episcopus. et focius lugdunensis episcopus, [8] cum innumerabili multitudine martyrio coronantur. Quis [9] marchum anthonium plene laudare [10] posset. a principio enim vite sue tranquillissimus fuit. adeo vt ab infantia. sua nullum [11] nec ex gaudio nec ex merore mutauerit. In sciencia philosofica. litteris tam [12] grecis quam latinis peritissimus fuit. hic ad nullum euentum elatus prouincias ingenti benignitate et moderamine tractavit. In datione munerum post victoriam magnificus. [13] post bellum quod habuit. contra germanos sclavos glaucos et sarmatas cum iam erario exhausto nil haberet militibus dare [14] nulli volens esse molestus. magis elegit vasa [15] aurea et ornatum uxoris et multa alia ornamenta alienare quam senatum vel prouincias grauare. sed victoria habita non solum illa recuperauit verum [16] etiam omnibus prouintijs tributa relaxauit. [17] Hic in pannonia mortuus ab omnibus conclamantibus certatim inter diuos relatus est. Per idem tempus floruit egysippus [18] scriptor

---

([53.] *addit*: Asiæ et. ([54.] *addit*: necessitate faciente. ([55.] *addit*: sub Seuero Principe. ([56.] coronatur. *I. d. A. 208.* a. s. p. *desunt. Pro novem proxime sequentib. annis titulum addit*: ZEPHERINVS XIV. ([1.] Marcus Antonius Verus. ([2.] persequutio quarta. *In marg.*: »Augustin. de ciuitate Dei lib. 18. 52.« ([3.] æquo jure. *In marg.*: »Fratribus decst.« ([4.] A. r. Remp. ([5.] alijsque. ([6.] in ([7.] Vienennsis. ([8.] Photinus E. L. ([9.] Quem. ([10.] M. A. quis laudare non. ([11.] vultum. ([12.] t. l. ([13.] *Hoc loco præmisit, quæ inferius a 17.—22. habentur, deinde addit*: Hic post bellum—relaxauit. *I. d. A.*: *179. unius anni spatio remanente vacuo.* ([14.] d. m, ([15.] *addit*: sua. ([16.] immo. ([17.] *Ita finitur Chronolog. d. M. A. Vero in ed. Cæsar. præmissis iis, quæ modo sequentur usque ad.*; in pace.« ([18.] Egesipp.

hystoriographus [19] et beata virgo praxedis. quæ iugiter martyrum corpora sepeliendo. [20] ipsa orante [21] vt transiret ex hoc mundo. post eos ad dominum. mox exaudita fuit migrando in pace. [22]

181.

Commodus .1. post anthonium imperauit annis XIII. cum lucio anthonio. Theodocion tercius interpres [23] habetur. et hereneus [24] episcopus lugdunensis in doctrina habetur insignis. Hic commodus anthonij [25] filius nichil paternum habuit. nisi quod contra germanos feliciter pugnauit. Septembrem mensem ad suum nomen. [26] reducere conatus est ita [27] vt commodus diceretur. Vxoris obscenitate deprauatus. in amphitaytro [28] cum huiusmodi hominibus dimicabat. [29] Iste dictus commodus cunctis incommodus in domo vestali [30] strangulatus interijt. [31] morte subita. cum tanta exsecratione hominum ut hostis humani generis [32] iudicaretur. [33] Hic philippum illustrem romanum. in egyptum vt præfectus alexandrie esset direxit. Cuius filia eugenia. cum duobus eunuchis. suis [34] protho et iacincto [35] clam. a patre gentili in habitu virili [36] recedens. eugenium se uocans baptizantur [37] et in monasterio monachi [38] effecti. cum eugenius mortuo abbate prælatus efficeretur per quandam feminam melaniam [39] nomine. quæ in ipsum oculos iniecerat [40] tanquam oppressor infamatur. cum omnibus monachis. et dum captus ad tormenta duceretur coram præfecto laniatis vestibus ostendi se ipsius filiam eugeniam. et eunuchos prothum et iacinctum [41] adesse Magnum fit gaudium. pater cum omnibus baptizatur. melana [42] infamatrix ictu fulminis conconcrematur. [43]

194,

Helius pertinax .1. et seuerus. [44] annis. XVIII. Hic helius [45] simplicitate [46] senatu vt uxorem augustam. et filium cesarem faceret

---

([19] Historigraphus. *addit*: Huius tempore floruit. *deest*: et. ([20] s. c. ([21] orando. ([22] *addit*: ad Christum. ([23] i. tercius. *Hæcce vox in nostro C. suprescripta.* ([24] atque Irnæus. ([25] Antonini. ([26] n. s. ([27] *addit*: ita. ([28] Amphitheatro. ([29] *addit*: Obijt morte — iudicaretur. ([30] Vestalij. ([31] *Hocce loco, prætermissi undecim, quæ sequuntur vocibus tanquam superius jam additis, nectitur narratio*: Hic Philippum — concrematur. ([32] g. h. ([33] *Hoc loco*: »Iste — interijt« *interposita sunt.* ([34] s. E. ([35] Proto et Hyacintho ([36] Patri G. i. v. h. ([37] baptizatur. ([38] Monachi i. M. ([39] quendam f. Melanthiam. ([40] copiccerat. ([41] Hyacinthum. ([42] Melanthia. ([43] concrematur. *Post annum 189 addit*: ÆLIVS PERTINAX ET SEVERVS. XIII. ([44] *addit*: imperauit. ([45] deest. ([46] supplicante. ([46-a] rennena.

remnuens [46-a] ait. sufficere sibi debere quod ipse regnaret inuitus. [47] Symachus quartus interpres habetur. Narcissus episcopus iherosolimis. virtutibus plurimis [48] celebratur. Termilianus [49] afer in ecclesia insignis habetur. [50] Origenes alexandrie in studijs eruditur. Hic helius pertinax [51] vir grandeuus. et omnibus equus. nunquam accepit munera. nunquam ad ulciscendum seductus est qui VI.[0] mense quo regnare [52] ceperat. [53] seditione prætorianorum militum et satellitibus plurimis. scelere wlnerum [54] obtruncatur.

200

SEuerus .l. genere afer. [55] annis. XVII. Hic bellicosus [56] fuit. [57] grecis ac [58] latinis litteris eruditissimus. ad quærendum diligens. ad dandum liberalis. hic. [59] V[am] in christianos exercuit persecutionem. in qua multi sancti per diuersas prouincias passi sunt. [60] Inter quos. [61] leoncius pater origenis capite cesus est. [62] Origenem adhuc tenere etatis cum VI. fratribus et matrem ipsorum viduam relinquens. Sed prædictus origenes XVII[0] anno. [63] sic peritus erat in grammatica. quod in ipsa docendo matrem et fratres sustentabat. passus est et tunc hereneus [64] cum magna populi multitudine. [65] Seuerus moritur in britania. quæ nunc dicitur anglia eboraci. [66] Hic admodum fuit parcus natura seuus. bella multa [67] feliciter gessit. parthos et arabes vicit. [68] Multaque toto. orbe romano recuperauit imperio. [69] Qui etiam propter [70] bellicam gloriam. philosophie studiis et qualibet sciencia [71] clarus fuit. Nouissimum [72] bellum in britania habuit et vt prouintias habitas [73] omni securitate muniret vallum. XXXII. [74] Millia. passuum. a mari vsque ad mare deduxit. [75] Hic primum fisci aduocatus. deinde per diuersa officia ascendendo peruenit ad imperium. Hic primus et ultimus ex africa imperator fuit.

([47] in vita, *h. l. addit*: »Tandem seditione — obtruncatur.« ([48] pluribus. ([49] Tertullianus ([50] innenitur ([51] Ae. P. ([52] imperare. [53] *h. l. omittit*, *quæ superius præmiserat sub*: *47.*, *sed addit*: interemptus est. *I. d. A.*: *195.* ([54] et Salui p. *deest.* scelere vulneribus. *Post annum 195. addit*: SEVERVS XVIII. ([55] *addit*: imperauit. ([56] bellicosissimus ([57] *addit*: ab. ([58] et. ([59] *deest*, sed h. l.: Seuerus etiam ([60] p. s. ([61] *addit*: fuit. ([62] *deest.* ([63] septendecim annos agens. ([64] trinæus. ([65] magna m. p. ([66] S vero m. i. B. q. modo A. d. Eborati. ([67] H. Seuerus a. n. s. m. b. »parcus« *deest.* ([68] v. e. A. ([69] R. imperia r. ([70] præter. ([71] b. g. ciuilibus st., et scientia Philosophiæ. ([72] Nobilissimum. ([73] acquisitas. ([74] per viginti duo. ([75] *I. d. A.*: *208. remanente trium annorum spatio vacuo.* »Hic — imperator fuit« *desiderantur. pro anno 212. et seqq. addit*: ANTONIVS CARACALLA. XIX.

209.

ZEpherinus .1. natione romanus. ex [1] patre habundio. [2] sedit annis. IX. Mensibus. VI. diebus. X. [3] et cessauit episcopatus. diebus. VI. [4] Hic constituit in præsentia omnium clericorum et laycorum fidelium. vt omnes christiani XII. annorum [5] in die pache [6] eucharistiam accipere deberent. et fecit statutum in ecclesia. vt omnia vasa altaris essent vitrea vel stagnea. [7] Eo tempore alexander episcopus capadocie. cum causa deuotionis iherosolimam venisset. [8] adhuc narcisso eiusdem ciuitatis [9] episcopo in etate senili ipso tunc moriente. idem alexander. in episcopum per reuelationem ibidem eligitur. [10] Hic zepherinus etiam statuit vt patriarcha vel primas vel metropolitanus. contra accusatum episcopum sententiam non proferant. nisi fulti auctoritate apostolica. et ut ordinationes clericorum tempore statuto. multis coram astantibus fierent de approbatis et doctis viris. hic sepultus est via apia in cymiterio. calixti.

218.

Calixtus .1. natione romanus. ex patre demetrio. [11] sedit annis. V. Mensibus. II. diebus. X. et cessauit. [12] diebus. VI. Hic fecit basilicam sancte. Marie. transtyberim. [13] et constituit ieiunia IIIIor temporum. hic fecit cymiterium in via apia. [14] quod modo vocatur cymiterium calyxti. vbi [15] plurima multitudo martyrum est sepulta et ipse [16] similiter martyrio coronatus in eodem proprio cymiterio sepelitur. [17]

223.

Urbanus .1. natione romanus. ex patre pontiano. [18] sedit. annis VIII. Mensibus. VI. diebus. XII. et cessauit [19] diebus. XXX. Hic de regione via lata fecit ministeria sacrata. omnia aurea argentea vel stagnea [20] et convertit multos ad baptismum. [21] etiam valerianum nobilissimum. [22] sponsum sancte cecilie. quosusque [23] ad martyrij palmam

---

([1] *deest.* ([2] Abundo. ([3] sex. ([4] e. c. e. d. VI. *desunt.* ([5] a. duodecim. ([6] Paschæ. ([7] stannea. *addit*: Sepultus est in Cœmiterio Calixti Papæ Via Appia. *dein pergit*: Eo temp. &. ([8] *addit*: viuente. ([9] vrbis. ([10] *I. d. A.: 217. Reliqua desunt, exceptis videlicet ultimis verbis, quæ sub n. 7. præmiserat, addit*: CALIXTVS XVII. ([11] de Regione vrbis Rauennensis. ([12] *addit*: Episcopatus. ([13] t. T. ([14] Cœmiterium i. v. Appia. ([15] *addit*: quam. ([16] His. ([17] similiter *deest*, Martyrio coronatus, sepultus est in Cœmiterio suo. *I. d. A. 223., addit*: VRBANVS XVIII. ([18] Potentiano. ([19] *addit*: Episcopatus. ([20] o. m. s. argentea, vel aurea, vel stannea. ([21] *addit*: et. ([22] *addit*: virum. ([23] quem vsque.

perduxit. Hic urbanus genere nobilis ab infantia christianus. virtute abstinentie et castitatis ornatus. seuiente persecutione [24] successit kalyxto [25] Qui dignitatis officium virtutum studijs ornans. [26] multotiens [27] prescribitur ab [28] vrbe. sed a fidelibus clam reuocatus. dum baptizationi et prædicationi [29] fidelium insisteret. capitur. et post scualorem carceris decollatur. [30]

231.

POntianus .1. sedit annis. V. Mensibus. II. [31] diebus. II. et cessauit diebus. X. [32] Hic natione romanus. ex patre calpurino. [33] portatus [34] in exilium in insulam sardinie. martyrio coronatur. Qvem beatus fabianus per nauim adduxit romam. [35] et sepeliuit in cymiterio calixti. [36] Pontiano dicitur successisse. syriacus [37] papa. et sedisse vno anno et III. Mensibus. Sed quia contra voluntatem cleri cessit de papatu. antheros substituendo. [38] et cum. XI. Milibus virginum. quas rome baptizauerat. agripinam tendendo. [39] non est positus in cathalogo pontificum. [40] Credebant enim plerique. quod non propter deuotionem. sed propter oblectamenta virginum. papatum dimiserit. cum tamen ipse virgo existens. cum virginibus fuerit martyrio coronatus. sicut legitur in legenda earum.

237.

ANtheros .1. vel antherius. [41] sedit. annis. III. Mensibus. I½. [42] Hic constituit. vt episcopi de sede in sedem transferri possent [43] et ut gesta martyrum scriberentur. [44] hic martyrio coronatus sepultus est in cymiterio kalixti. [45]

240.

FAbianus .1. natione romanus. ex patre fabiano. [46] sedit. annis. XIII. Mensibus. II. [47] diebus. XI. [48] et cessauit. [49] die-

---

([24] persecutione adhuc sæuiente: ([25] addit; Papæ. ([26] adornans. ([27] multoties ([28] ex. ([29] p. e. b. ([30] C. s. d. *I. d. A.. 231., dein pro sequenti anno: 232. addit*: PONTIANVS XIX. ([31] *addit*: et. ([32] *addit*: Episcopatus. ([33] Calphurnio. ([34] deportatus fuit. ([35] a. p. nauem R. ([36] Cœm. C. *addit*: Via Appia. ([37] Cyriacus. ([38] s. Antherum. ([39] undecim millibus V. q. R. b. Agrippinam. descendendo. ([40] *I. d. A.: 236., reliqua*: »Credebant — earum« *desunt, addit*: ANTHERVS. XX. ([41] Antherus. *desunt* t v. a., *addit*: Natione Græcus. ([42] sedit Mense vno, diebusque quindecim. ([43] p. t. ([44] conscriberentur. ([45] i. Cœ. Calixti. *I. d. A.: 237. addit*: FABIANVS XXI. *Incipit annus*: 238 ([46] *addit*: de Regione Cœlij montis. ([47] mensibus duodecim. ([48] diebus II. ([49] *addit*: Episcopatus.

bus. VII. [50] Iste fabianus cum de quodam loco cum amicis suis reuerteretur. papa defuncto. et [51] accessisset ad populum qui de futuri pape. electione tractabant. [52] rei exitum exspectans. [53] subito candida columba de celo descendens super caput eius [54] resedit [55] dicens. Rome episcopus ordinaberis. [56] qui sic divinitus electus. constituit. VII. notarios. ut gesta martyrum conscriberent. Et ut quolibet anno in cena domini consecraretur crisma. hic martyrio. coronatus. sepultus est in cymiterio calyxti. Nonatianus presbyter hereticus. [57] ambiens episcopatum. hereticus factus est tempore decij. contra quem. in urbe roma. concilium est celebratum. [58] LX. episcoporum. Hic enim hereticus. lapsis spem venie denegabat. vnde in concilio hoc reprobando. statuerunt vt lapsis misericorditer venia promittatur. [59] dummodo per penitentiam revertantur. [60]

Imperatores.

212.

ANthonius .11. caracalla. imperauit. annis. VI. [1] et seuerinus filius eius. Hic [2] seueri imperatoris filius. [3] pessimus hominum [4] fuit. [5] hic morum paternorum fuit asperior. libidinis impacientissimus. ita [6] ut nouercam suam iuliam duceret [7] in [8] uxorem. Hic cum aduersus parthos bellum pararet. apud edissam ciuitatem mortuus est. [9] In iherícho. V[a]. editio scripturarum inventa est cuius auctor non comparet. [10]

219.

MArtinus .1. [11] anno. vno. Hic cum filio ob inuidiam detruncatur. [12]

([50] *addit.* Iste diuisit Regiones Diaconis, et fecit septem Subdiaconos, qui septem notarijs imminerent vt gesta Martyrum in integrum colligerentur et vt omni anno in Cœnæ Domini consecraretur Chrisma. Martyrio coronatur quarto Cal. Februarij sepultus — Caixti, Via Appia. Fabianus iste — &c. ([51] *addit*: cum de futuri Papæ electione populus loqueretur, adfuit inter ipsos, ([52] a. - t. *desunt.* ([53] *addit*: et. ([54] s. c. e. descendit d. C. ([55] *deest.* ([56] *addit*: Qui tandem iussu Decij decollatus est. *Reliqua*: qui—calyxti. *h. l. desunt.* ([57] Nou. Hæreticus, Presbyter Romanæ Ecclesiæ ([58] C. in V. R. c. e. ([59] promitteretur. ([60] *I. d. A.*: *251. addit.* CORNELIVS. XXII. ([1] septem. ([2] e. F. Iste fuit. ([3] *addit*: et. ([4] homo. ([5] *deest. addit*: In Virche—non apparet. ([6] adeo. ([7] duxerit. ([8] *deest.* ([9] m. e. x. E. c. *addit*: anno Imperij sui septimo. *I. d. A.*: *216. duorum annorum spatio vacuo remanente. addit pro anno 219. titulum*: MACRINUS. XX. ([10] apparet. *conf. superius Not.*: 5. ([11] Macrinus. ([12] *I. d. A.*: *219. pro anno*: *220. titulum addit*: ANTONIVS. XXI.

220.

ANthonius .1. annis. III. [13] Hic [14] impudicissime et obscenissime vixit. adeo quod nullum genus esset luxurie [15] quod non exerceret. Hic [16] interfectus est rome cum matre sua a militari tumultu. [17] VI[a] edicio inventa est in nicopoli Sabellius oritur.

223.

Alexander .1. annis. XIII. Iste ab exercitu cesar. a senatu dictus est augustus. Hic [18] persas deuicit. [19] Militarem disciplinam seuerissime rexit. Assessorem hulpianum [20] iuris conditorem habuit. Rome quoque fauorabilis fuit. Perijt in gallia militari tumultu. Eo tempore. Origenes. post apostolos super omnes in ecclesia. dei. sciencia [21] eloquentia et vita floruit. [22] Tunc enim incepit diuersos libros componere. [23] habens præter alios scriptores. VII. iuuenes. et VII. puellas. quæ ex ore suo [24] diuersorum librorum [25] materias conscripserunt. [26] et tanta scripsit. quod beatus iheronimus [27] fatetur. se legisse. VI. Milia. voluminum. exceptis epistolis quas diuersis scripsit. De ipso erat prouerbium quod qualis erat [28] vita. talis et doctrina. Nam super lectum nunquam iacuit. calceos nunquam induit. carnes nunquam comedit. vinun nunquam bibit. sicut legitur in ecclesiastica ystoria. [29] et cum sanctissime vite fuerit et [30] doctrine mirabilis. excusant ipsum magni doctores. de vitijs [31] quæ sibi imponuntur. Sicut eusebius cesariensis. et rufinus presbyter aquileiensis. [32] scribens ad iheroim. [33] et multi alij [34] dicunt. quod post mortem suam. [35] heretici. ad obfuscandum [36] præclarum nomen suum libris suis heretica interserunt. [37] Mammea mater imperatoris christiana eius auditrix fuit. et aliorum christianorum doctor et ob hoc a filio occiditur. Sanctus ypolitus portuensis episcopus claret.

236.

Maximianus .1. [38] annis. III. Iste primus ex militari corpore absque decreto senatus imperator efficitur. christianos persequitur. Ger-

---

([13]. *addit*. Sexta—oritur. ([14]. *addit*: Antonius. ([15]. l. e. ([16]. *deest*. ([17]. a tumultu m. R. c. M. sua. *I. d. A.*: *222.*; *pro anno*: *223. addit*: ALEXANDER XXII. ([18]. *deest* ([19]. bello vicit. *addit*: Tandem apud Maguntiam decollatur. Hic. ([20]. Vulpianum. ([21]. *addit*: et. ([22]. f. e. v. ([23]. c. l. ([24]. ipsius. ([25]. desunt. ([26]. conscribebant. ([27]. Hieronymus. *addit in marg.*: Non fatetur, id S. Hieronymus, sed alius quispiam de se hoc iactauit. Vide Tom. 9. operum S. Hieronymi fol. 155. ex editione Plantini anno 1579. ([28]. eius. ([29]. in E. Hist. *addit*: [a]. *in marg.* a. lib. VI. ([30]. atque. ([31]. erroribus. ([32]. Ruffinus Presbyter Aquilegensis. ([33]. Hieronymum. ([34]. *addit*: et. ([35]. *deest*. ([36]. obfustandum. ([37]. interseruerunt. *I. d. A.*: *235. pro sequenti addit*: MAXIMIANVS XXIII. »Mammea — claret.« *desunt*. ([38]. *addit*: imperauit.

manos [39] et parthos vicit. Tandem deserentibus eum suis militibus. a pupieno aquileie cum filio adhuc puero occisus est. [40]

239.

GOrdianus .1. annis. VI. [41] Iste [42] postquam de persis triumphauit veniens romam [43] fraude philippi peremptus est. hijs temporibus floruit affricanus [44] inter scriptores ecclesiasticos nominatissimus.

245.

Philippus .1. cum philippo suo filio. [45] annis. VII. Hic primus imperator christianus fuit. Cuius etiam [46] primo anno. Millesimus annus vrbis rome fuisse docetur expletus. propter quod romani mirabilem sollempnitatem fecerunt quam tribus diebus et tribus noctibus cum [47] gaudio pertraxerunt. [48] Hic fuit baptizatus a beato pontio martyre. in incia [49] ciuitate prouincie. Ambo isti ab exercitu interfecti [50] sunt. pater rome. filius verone. qui filius. adeo seueri animi fuit. vt nullius cuiusquam commento ad ridendum solui potuisset. Isti duo imperatores thesauros suos ecclesie et beato syxto [51] dimiserant [52] quos decius [53] iunior qui non imperator sed cesar fuit [54] a beato laurentio requirebat. [55] sicut legitur in legenda ipsius. Iste philippus senior adeo in fide christi profecerat. vt prompte peccata sua confitens in pascha coram omni populo communicaret.

Pontifices.

COrnelius .1. natione romanus ex patre iustino sedit annis. III. Mensibus. II. diebus. X. et cessauit. diebus. V. [1] Hic constituit vt sacerdotes si uellent pro certa causa iurare. possent. Hic rogatus a beata cecilia. [2] corpora sanctorum [3] petri et pauli. de cathacumbis leuauit et lucia, [4] corpus beati pauli posuit in prædio suo in uia hostiensi.

([39] Germanicos. ([40] Pupino Aquileiæ ç. f. a. p. o. e. *I. d. A.*: *238. addit*: GORDIANUS XXIIII. ([41] *addit*: Fabianus reuelatur testimonio S. Spiritus in specie columbæ. super illius caput dicentis: Romæ Episcopus ordinaberis. ([42] *addit*: Gordianus. ([43] *addit*: prope Vrbem. ([44] Flernit huius. t. Africanus i. S. E. n. *I. d. A.*: *244. addit*: PHILIPPUS XXV. ([45] f. s. ([46] et. ([47] in multo. ([48] protraxerunt. ([49] Nicæa. ([50] occisi. ([51] B. S. et E. ([52] dimiserunt ([53] *addit*: qui mortem ipsorum procurauerat, et Imperio successerat. ([54] iunior—fuit *desunt*. ([55] *I. d. A.*: *251.* »sicut communicauerat. *desunt. addit*: DECIUS XXVI *pro annis*: *252—253.* ([1] e. c. d. V. *desunt*. ([2] S. Lucina. ([3] B. ([4] Lucina. ([5] Ostiensi.

beati petri vero. [6] cornelius posuit. in loco [7] ubi crucifixus est. in templo apollinis. in uaticano. in pallatio neronis. post heo beatus cornelius [8] iubente decio martyrio coronatur. [9]

256.

LUcius .1. natione. romanus. ex patre porfirio. [10] sedit. annis. III. Mensibus. III Hic constituit vt duo presbyteri et tres dyaconi semper sint cum episcopo. propter stilum erroris. [11] primum in exilio fuit. Demum ad ecclesiam suam reuersus. a valeriano capite truncatur. [12]

258.

Stephanus .1. natione. romanus. [13] ex patre iuliano. sedit. annis. IIII. Mensibus. II½. [14] Hic constituit. sacerdotes et leuitas. veste sacrata cottidiano [15] usu non vti. Hic dum multos gentilium conuertisset. et multa corpora martyrum sepeliuisset. comprehensus. post templi ydolorum ruinam. quam impetrauit [16] euadens. demum [17] missam celebrantem in sua sede decollatus est. [18]

262.

Syxtus 11. natione. grecus. ex patre sophor. sedit. annis. II. Mensibus. XI. diebus. VI. et cessauit. diebus. XIII. [20] hic constituit quod missa celebretur [21] super altare quod antea [22] non fiebat. Hic cum felicissimo et agapito. decio præsentati [23] capite truncati sunt. quos beatus laurentius et ypolitus [24] cum multis alijs martyrio sunt secuti. [25]

265.

DIonisius .1. ex monacho. cuius genus non invenitur. sedit. annis. II. Mensibus. III. [26]

FElix .1. natione romanus ex patre constantio. de regione capritauri sedit annis. II. Mensibus. II. diebus. X. [27] Hic constituit supra memorias martyrum missas celebrare et construxit basilicam in via aurelia. miliario ab urbe. ibique sepultus est.

([6] B! autem P. corpus B. ([7] iuxta. ([8] b. c. *desunt.* ([9] *I. d. A.*: *254. addit*: LVCIVS XXIII. ([10] Porphyrio. ([11] *addit*: Hic. ([12] truncatus est. *I. d. A.*: *257. addit*: STEPHANUS XXIIII. ([13] *addit*: Episcopus. ([14] m. duobus, diebus quindecim. ([15] quotidiano. ([16] *addit*: domum. ([17] *deest.* ([18] decollauerunt *I. d. A.*: *261. addit*; SIXTUS XXV. ([20] e. c. Episcopatus diebus viginti duobus. ([21] celebraretur. ([22] ante. ([23] p. D. ([24] Hyppolitus. ([25] s. sunt. *I. d. A.*: *264. addit*: DIONYSIUS XXVI. ([26] *addit*: et cessauit diebus octo. Iste Dionysius, et non reperio de alio, distinxit Diocæses, vt notatur c. 13. qu. 1. *I. d. A.*: *267. addit*: FELIX XXVII. ([27] Constantio sedit annis duobus, m. 10. de R. C. et cessauit diebus tribus. *I. d. A.*: *269* Hic—est. *desunt. addit*: EVTYCHIANVS XXVIII.

Avticianus natione thuscus. ex patre marino. [28] de ciuitate luna. sedit. VIII. annis. [29] Mensibus. X. diebus. IIII. Hic constituit. vt fruges et fabe prime super altare [30] benedicerentur. Hic sanctissimus papa. per diuersa loca. CCC^tos XL II. martyres manu sua [31] sepeliuit Et hoc constituit. vt quicumque [32] ex fidelibus martyrem. sepeliret. sine dalmatica. aut collobio purpurato nullatenus sepeliret. [33] hic martyrio coronatus. sepultus est. in uia apia. in cimiterio kalixti. VIII. kalendas. augusti. [34]

278.

GAyus .1. natione dalmatia. [35] ex genere dyocletiani. ex patre gallo [36] sedit. annis. XI. Mensibus. IIII. diebus. IX. et cessauit. episcopatus. diebus. XI. [37] Hic constituit. vt omnes ordines in ecclesia sic ascenderent. [38] Si quis esset dignus. [39] primo. hostiarius lector. exorzista. acolitus. [40] subdyaconus. dyaconus presbyter. demum [41] episcopus ordinaretur. [42] Hic constituit paganos et hereticos. [43] christianos non posse accusare. aut vocem infamationis inferre. Item statuit. vt nemo episcopum. aut reliquos clericos. apud iudices seculares accusare præsumat. [44] Hic rome diuisit. dyaconibus regiones. vt gesta martyrum perquirerent et conscriberent. ac etiam alia negotia pertractarent. Hoc tpsum statuit fieri in omnibus vrbibus populosis. ita tamen vt quæcum que difficiles quæstiones per singulas prouincias exorte fuissent. semper ad sedem apostolicam referentur. hic etiam contra hereticos epistolam edidit. de verbi dei incarnatione plenam fidem catholicam continentem. Hic fugiens persecutionem dyocletiani in criptis habitando. martyrio coronatur. et via apia in cimiterio calyxti sepelitur.

289.

Marcellinus .1. natione romanus ex patre proiecto sedit. annis. VII Mensibus. II. diebus. XXV. et cessauit. episcopatus. annis. VII Mensibus. VII. [45] diebus. VII. Hic de regione capritauri. a dyocletiano [46] compulsus. incensum posuit ydolis. Sed [47] postea synodo facta in campania petiuit [48] proprio ore penitentiam. [49] coram. CLXXX. episcopis.

([28] Tuscus e. P. Maurino, ([29] a. octo. ([30] s. s., e. f. p. ([31] s. m. ([32] quisque. ([33] »sine—sepeliret.« *desunt.* ([34] *I. d. A. 275. addit*: GAIVS XXVIIII. ([35] Dalmata. ([36] Diocletiani, Patre Gallo ([37] et—VI. *desunt.* ([38] *addit*: vt. ([39] aliquis d. fuisset. ([40] Acolytus. ([41] deinde. ([42] *addit*: Martyrio—sepelitur. *sicut in fine.* ([43] H. e. P. ([44] *I. d. A. 285.* »Hic—habitando.« *desunt. addit*: MARCELLINVS XXX. ([45] sex, diebus viginti quinque. ([46] Dio. Imperatore. ([47] *deest.* ([48] *deest.* ([49] pœnituit.

cinere aspersus capite [50] cilicio indutus. [51] dicens se peccasse. [52] et coniurauit beatum [53] marcellum presbyterum qui [54] post ipsum papa factus est. vt præceptum dyocletiani. de immolatione ydolorum [55] non impleret. [56] et hoc de eo invenitur. [57] cum se episcopis in concilio iudicandus [58] subposuisset dicens se paratum ad omnia obedire quicquid sibi imponerent. [59] responderunt Absit vt summus pontifex ab alio [60] aliquo iudicetur. Negasti tu. negauit. et [61] petrus. [62] et quis apostolorum ausus fuit illum iudicare. Sed egressus fleuit. [63] Tu ergo in te ipso collige causam tuam. et ore proprio te ipsum iudica. Ad hæc marcellinus. ob scelus inquid [64] ydolatrie [65] me iudico [66] deponendum. anathematizo etiam [67] quicumque corpus meum tradiderit sepulture. et flens dixit heu me auarum. me corruptum [68] aurum et non possum in sacerdocio remanere. sicque pergens ad dyocletianum profitens se christianum cum claudio et quirino. capitalem accepit sententiam Et cum corpus eius per. XXX. dies iacuisset inhumatum. noctu apparuit in uisione beatus petrus apostolus marcello qui in papatu sibi [69] successit dicens. Marcelle dormis et ille cum dixisset quis es domine. Respondit. ego sum princeps apostolum et quare corpus meum inhumatum non sepelis. Dans ei intelligere [70] dictum de corpore marcellini et addidit. Non audisti. [71] qui humiliat se [72] exaltabitur Denique multum se humiliauit. qui se indignum sepulture iudicauit vade ergo et sepeli eum intra [73] me. vt quem [74] iustificauit gratia non diuidat sepultura. [75] Marcellus ergo presbyter. et lucnia nocte cum presbyteris et dyaconibus cum ympnis illud sepelierunt. Sub hoc tempore passus est sanctus vincentius in yspania apud valentiam cuius corpus post impetum sarracenorum. transportatum est in prouincia ad locum qui dicitur castris quam nunc ecclesiam. et prædicti sancti corpus. habent prædicatores sicut ab eis veraciter est apertum.

([50] *addit*: nec non et. ([51] *addit*: pœnitentiam egit. ([52] *addit*: Tunc iratus Diocletianus Imperator, fecit eum decollari, qui sepultus est in cœmiterio Priscillæ Via Salaria, Martyrio coronatus. ([53] Coniurauerat autem Marcellinus. ([54] *addit*: consequenter. ([55] *deest*. ([56] *addit*: Postquam B. Marcellinus decollatus fuisset, et corpus ipsius per triginta dies in platea iacuerat, in exemplum Christianis, Marcellus Presbyter nocte cum Presbyteris et Diaconibus cum Hymnis, et Lucina cum ipsis sepelierunt illud. ([57] Sed hoc laudabile i. d. e., quia. ([58] i. C. E. indicandum. ([59] *addit*: illi. ([60] *deest*. ([61] *deest*. ([62] *addit*: Magister tuus: ([63] foras fleuit amare. ([64] *deest*. ([65] Idololatriæ. ([66] i. m. ([67] quoque. ([68] corrupit. ([69] *deest*. ([70] *addit*: hoc. ([71] legisti. ([72] s. h., se *in Cod. n superscriptum*. ([73] iuxta. ([74] quos. ([75] *I. d. A.*: *303*. »Marcellus ergo — apertum.« *desunt*. *addit*: MARCELLVS XXXI.

252.

Deeius. .1. [1] annis. II. Mensibus. IIII. Iste in omnibus malus. sed tamen prudens in armis [2] fuit. odio pauperes habuit. [3] et VII[am] ededit christianis persecutionem. hic de inferiorum [4] pannonia natus: in bello barbarico est occisus. [5]

254.

Gallus .1. cum folusiano. [6] annis. II. Mensibus. IIII. ventris ingluuie perijt. Cyprianus episcopus in carthagine floret. [7]

256.

Valerianus .1. cum filio suo galieno. [8] annis. XV. Iste Gotham. greciam. macedoniam et asyam [9] depopulauit. Iste in iherosolima et in mesopotamia [10] bellum gerens. a sapore rege persarum victus est. [11] et in ignobilem seruitutem redactus est. [12] Nam quam diu vixit rex eiusdem prouincie. pedem ceruicibus eius imponendo solitus erat. equum ascendere. hic in sui imperij anno primo [13] christianos multum persecutus est et multus sanguis sanctorum [14] tunc effusus est. [15] Tunc passus est [16] cyprianus martyr. et lucius papa. [17] Galienus [18] primo laudabiliter rem publicam rexit. post in luciuiam [19] resolutus. deteriorata republica. fraude aurelij ducis sui occisus est. [20] A ualeriano et g alieno quidam decius in imperatorem creatus est. sed non fuit imperator. sed cesar. et dictus est decius iunior. et ab hoc sanctus syxtus. laurentius et ypolitus martyrizati sunt. Sub persecutione valeriani paulus primus heremita heremum intrasse putatur.

271.

Claudius. 11. anno I. Mensibus. VIII. [21] Iste gothos. illiricum. macedoniam deuastans [22] exsuperat. et victis alemannis morbo interijt. [23]

([1] *addit*: imperauit. ([2] animis. ([3] O. h. p. ([4] inferiori. ([5] *I. d. A. 253. addit*: GALLVS XXVII. ([6] Volusiano. ([7] *I. d. A*: *254. addit*: VALERIANVS XXVIII. ([8] *addit*: imperavit. ([9] Asiamque. ([10] Jerosolyma et Mesopotamia. ([11] *deest*. ([12] e. r. ([13] principio. ([14] Sanctorum s. ([15] *deest*. ([16] P. e. t. ([17] *addit*: Sub Persecutione — putatur, *I. d. A.*: *262. addit*: GALIENVS XXIX. *pro anno*: *263.* ([18] *addit*: vero. ([19] gerens. p. i. lasciuiam. ([20] *I. d. A. 264 remanente per 6. annos vacuo spatio. Reliqua*: »A ualeriano — martyrizati sunt.« *exceptis*: »Sub — putatur.« *desunt. addit*. CLAVDIVS XXX. ([21] sex. ([22] deuastantes. ([23] *I. d. A.*: *272, addit*: AVRELIANVS XXXI.

273.

Avrelianus .1. annis. V. Iste persequens [24] christianos fulmine corripitur. sed non moritur. hic [25] dicia repensi [26] oriundus in bello potens. quique gothos strennuissime [27] vicit. hic primus apud romanos dyadema capitis [28] invexit gemmis. hic muris validioribus vrbem cinxit. templum solis edificauit in quo infinitum aurum gemmasque [29] posuit. porcine carnis vsum primo [30] instituit. Hic [31] ad galliam [32] veniens crudelia edicta emisit contra christianos. Senonam [33] veniens sanctam columbam et omnes christianos interfecit. Altisiodori multos martyryo coronauit. [34] Occiditur fraude serui sui. [35] et inter diuos relatus est. [36]

277.

Taycus .1. [37] Mensibus. VI. Iste fuit egreius [38] prudens et largus. nil tamen potuit ostendere subita morte præuentus. [39]

279.

PRobus .1. annis. VI. Mensibus. III. hic [40] duos reges uicit Manicheus hereticus surrexit. hic perses genere. acer ingenio. moribus barbarus. manes primo dictus. sed per adiectum se dixit postea manicheum. [41] hic asserebat [42] esse principia. vnum boni et alterum mali vnum lucis et alterum tenebrarum et multos erroris sui reliquit successores. porro probus imperator apud [43] smirinum [44] militari tumultu necatus est. [45]

285.

Florianus .1. [46] annis. II. Hic incisis venis [47] mori fertur. Iste nil [48] dignum memoria egit. [49]

287.

Clarus .1. cum filijs suis carino et numeriano [50] annis. II. Iste in omnibus malus paruo fluinine perijt. filij etiam sui [51] ambo interempti sunt. [52]

([42] persecutionem faciens. ([25] *addit*: de. ([26] Dacia Ripensi. ([27] qui. g. strenu. ([28] H. primum d. c. a. R. *in ora*: intexuit. ([29] auri gemmarumque *in ora corr.*: pondus. ([30] populo ([31] *addit*: Aurelianus Imperator. ([32] Gallias. ([33] Senonas. ([31] *addit*: Ciuitatem Galliæ, quæ Genubum dicebatur, nomine suo Aureliano vocauit. ([35] serui s. f. ([36] *I. d A.*: *276. addit*: TACITVS XXXII. ([37] Tacitus anno vno. ([38] egregius f. ([39] p. o. m. præocupatus. *I. d. A.*: *278. addit*: PROBVS XXXIII. ([40] Iste. ([41] post se M. d. ([42] *addit*: duo ([43] *addit in marg.*: Sutrinum. ([44] Sirminum. ([45] *I. d. A. 284. addit*: FLORIANVS XXXIV. ([46] *addit*: imperauit. ([47] *addit in marg*: mortuus. ([48] nihil. ([49] *I. d. A. 286. addit*: CLARVS XXXV. ([50] *addit*: imperauit. ([51] ipsius. ([52] *I. d. A. 288. addit*: DIOCLETIANVS XXXVI.

289.

Dyocletianus .1. et maximianus. annis. XX. Hic dyocletianus [53] obscure natus. diuinis libris adustis christianos toto orbe persequitur X. annis. Iste primus gemmas vestibus calciamentisque inseri iussit. cum omnes principes retro [54] sola purpura vterentur. tandem veneno perijt. Hic oriundus de dalmatia. maximianum quondam [55] cesarem fecit. mittens in gallias contra populum rufricorum [56] qui collecta manu forti. romano se opposuerant [57] imperio quos idem compescuit. Sed [58] in ipso itinere thebea legio cui beatus mauricius præerat. cum sacrificare ydolis renueret. a præfato maximiano [59] loco agauno pro christo liberter occubuit Interim diocletianus in oriente maximianus in occidente. vastari ecclesias et interfici christianos fecerunt. Que persecutio omnibus anterioribus fere [60] durior erat. Nam per X. annos durauit varijs edictis. iubentur diuine legis libri exuri ecclesie ubique dirui. et prælati ecclesiarum trucidari. et generaliter non etas non sexus non conditio excipitur. quin non sacrificantes trucidentur. tunc in vrbe gayo [61] papa. martyryo coronato. marcellinus eligitur. cuius tempore tanta vis persecutionis efferbuit. vt intra. XXX. dies. XXII. Millia. promiscui sexus. per diuersas prouintias martyrio coronarentur. ita vt [62] ipse papa. timore ductus idolis imolaret. Sed post per [63] penitentiam rediens. sententiam contra se ipsum de papatus cessione dans a dyocletiano. martyrio coronatur. [64] Eadem persecutione in vrbe passa est. [65] anastasia virgo. Sebastianus. agnes. lucia. Mediolani Geruasius et prothasius. agatha. [66] gorgonius. quintipus. et crisogonus. [67] Eo [68] tempore passi sunt aput egeum. [69] cosmas et damianus vna die geniti. [70] carne et spiritu gemelli. Apud frigiam [71] vna ciuitas tota christianorum. vndique ne fugerent [72] circum data. cum omnibus cremata est. In brittania quoque et anglia tunc pene tota christianitas deleta est. [73] Tunc etiam passus est Georgius martyr.

Pontifices.

304.

Marcellus .1. nâtione romanus. ex patre benedicto. de regione via lata. sedit annis. V. diebus. XXII. [1] et cessauit. diebus XXV.

([53] *deest.* ([54] r. p. ([55] quendam. ([56] Rusticorum. ([57] m. grani c. R. s. opposuerunt. ([58] *addit*: et. ([59] *addit*: Sedune Galliæ. ([60] f. o. a. ([61] Gaio. ([62] *addit*: et. ([63] ad. ([64] est coronatus. ([65] p. e. i. V. ([66] *addit*: virgo. ([67] Chrysogonus. ([68] Eodem. ([69] apud Ae. p. s. ([70] *deest.* ([71] Phrygiam. ([72] fugere possent. ([73] *I. d. A. 308.*: »Tunc — martyr« *desunt.* addit: GALERIVS XXXVII. ([1] d. duodecim.

Hic constituit XV. cardinalatus in vrbe roma. propter baptismum et sepulturas hominum. Huic præceptum est a maximiano [2] imperatore. vt quia dijs sacrificare nollet iumenta et animalia custodiret. Noctu vero clerici eius eduxerunt [3] eum de stabulo. Sed cum domum lucie conseccrasset [4] in ecclesiam [5] maximianus [6] turbatus de ecclesia. stabulum faciens. ipsum sub custodia publica vt custodiret animalia intus reclusit ibique peremptus. [7] in cimiterio priscille via salaria sepelitur. [8]

310.

Evsebius .1. natione grecus. ex medico. sedit. annis. II. Mensibus II½. [9]

312.

MElchiades .1. natione afer. [10] annis. III. mensibus VI. diebus. VIII. et cessavit. diebus. XVI. Hic constituit vt nemo ieiunet die dominicali die iouis aliqua ratione. [11] quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. [12]

315.

SIluester .1. natione romanus ex patre ruffino. [13] sedit annis. XXIII. Mensibus. X. diebus. XI. et cessauit. diebus. XV. Huius præcepto ni nicena bithinie. congregati sunt CCCXVIII. [14] episcopi catholici. qui exposuerunt fidem catholicam integram. et multa decreta constituit. Hic baptizauit constantinum imperatorem valida scualoris lepra perfusum. qui mox [15] a lepra mundatus est [16] Eodemque tempore constantinus [17] fecit basilicam sancto [18] laurentio martyri. via tyburtina in agro verano scilicet [19] arenarium cripte. et usque ad corpus beati laurentij. fecit gradus ascensionis et descensionis. in quo loco construxit capsidam. et exornauit marmoribus porfireticis. et desuper inclusit argento. [20] Ornauit etiam [21] cancellum qui pensatur libris. CC. et ante ipsum locum in cripta posuit lucernam de auro purissimo. et ante corpus beati laurentij fecit pharatantarum argenteum cum delphinis. Construxit etiam intra pallatium lateranense. saluatoris nostri ecclesiam. XXII. [22] cophi-

---

([2] Maxentio, ([3] duxerunt. ([4] c. domum Lucinæ. ([5] *addit*: Via lata. ([6] Maxentius. ([7] defunctus. ([8] *I. d. A. 309. addit*: EVSEBIVS XXXII. ([9] m. duobus. diebus viginti quinque, et cessauit diebus seqtem. *I. d. A. 311. addit*: MELCHIADES XXXIII. ([10] *addit*: sedit. ([11] vt nulla ratione ageretur ieiunium die Dominico vel die Jouis. ([12] celebrant. *I. d. A. 314. addit*: SILVESTER XXXIII. ([13] Ruffino. ([14] quadringenti et octodecim. ([15] statim. ([16] *deest*. ([17] *addit*: Augustus. ([18] B. ([19] super. ([20] *addit*: purissimo. ([21] et. ([22] duodecim.

nos terre ad fundamenta propriis humeris [23] deportando. quam ecclesiam censuit esse [24] toto orbe matrem ecclesiarum. [25] construxit etiam ecclesiam beatorum [26] apostolorum [27] petri et pauli quas argento auroque [28] locupletauit. in thecis preciosissimis eorum [29] corpora recondendo. Siluester vero papa. post conuersionem constantini magnum conflictum cum [30] iudeis. procurante helena matre constantini [31] perpessus est. in quo conflictu post multorum verborum altercationem. et post tauri [32] resuscitationem helena cum omnibus iudeis ad christum conuersa est. [33] Postquam vero beatus. siluester a draconis pestilentia romam liberauit. maxima pars vrbis baptizata fuit. Cottidie [34] enim draco. VI. Millia. hominum flatu suo interfecit [35] ad quem [36] sanctus siluester per C. L. gradus. cum presbyteris descendens. facta oratione et signo crucis ipsum ligauit. et [37] ereis portis ipsum conclusit. et usque ad diem iudicij seris obfirmauit. Hic [38] constituit vt nullus laycus clerico audeat crimen [39] inferre et constituit vt diaconi dalmaticis vterentur. [40] Constituit etiam. [41] ut sacrificium altaris. non in serico neque in panno tincto celebretur. nisi tantum in lineo ex terra procreato. sicut corpus domini nostri ihesu christi in syndone linea sepultum est. [42] Hijs temporibus multe gentes in christum crediderunt. Gens hyberorum per quandam mulierum christianam ab eis captam conuersa est. Similiter in yndya per duos pueros christianos annunciatur christus.

338.

Marchus. I. natione romanus ex patre prisco. sedit. annis. II. mensibus. VIII. diebus XX. Hic constituit vt episcopus hostiensis qui papam consecrat pallio vteretur. [43]

([23.] a. f. p. h. ([24.] *addit*: in. ([25.] *addit*: et. ([26.] *deest.* ([27.] Apostoli. ([28.] auro argentoque. ([29.] ipsorum. ([30.] a. ([31.] m. C. H. *addit*: iudicante, *corr. in marg.*: Judaizante. ([32.] *addit*: a B. Syluestro. ([33.] c. fuit. ([34.] Quotodie. ([35.] interficiebat. ([36.] quam. ([37.] ligatum. ([38.] *addit*: Syluester. ([39.] c. l. a. ([40.] *addit*: Hic. ([41.] *deest.* ([42.] *addit*: Iste etiam Constantinus contulit scilicet Syluestro dignitatem et honorem Imperij, et Palatium Lateranense, et Romanam vrbem, et omnes Italiæ, siue Occidentalium Regionum Prouincias, coronam auream et sceptrum et omnia alia Imperalia ornamenta. *I. d. A.*: *335, addit in altera columna*: **Notæ quæ hic de Syluestro sequuntur Poloni non sunt.** »Ante Syluestrum — in Gallijs.« **Sequitur in M. S.** Et hæc, quæ dicta sunt a parte ista non sunt de Chronicis F. Marfini, vt etiam hic in fine dictum est.« »Hijs — christus.« *desunt. Pro anno 338 addit*: MARCVS XXV. ([43.] *I. d. A.*: *339. addit*: IVLIVS XXXVI.

340.

JUlius .1. [44] natione romanus ex patre rustico. sedit. annis. XI. mensibus. II. diebus VIII. [45] Hic constituit vt nullus clericus. ad causam in publico ducatur nisi in ecclesia. sepultus est in cimiterio calipodij. [46] miliario tercio ab vrbe. [47] huius tempore [48] celebrata est sancta synodus in nicena. CCC. XVIII. episcoporum. In qua dampnata est hereses arrij qui asserebat filium minorem. hoc factum est viuente adhuc constantino augusto. Huius tempore floret [49] athanasius. sanctus pamnicius. [50] eusebius cesariensis. Beatus Nycolaus. Sanctus ylarius [51] pictauiensis. victorinus rethor. sanctus ylarion. sanctus epiphanius. [52] iohannes crisostomus et multi alij heremite et sancti. [53] sisoys et pastor abas. [54] floruit etiam [55] beatus maximinus in treueri. qui sanctum athanasium alexandrine ciuitatis episcopum. fugientem a facie constantij imperatoris. recepit. ibique symbolum quicumque wlt [56] composuit. Quod de ylario pictauiensi solet dici. quod leo papa hereticus dixerit ylario. tu es gallus [57] non de gallina. et ipse responderit [58] et. [59] tu es leo. sed non de tribu iuda. et qui [60] in concilio nullo sibi assurgente. volens in terra. residere dicendo domini est terra. [61] terra se erexit. Quod etiam papa. sibi minanti sicut prædixerat ylarius. subito exspirauerit. in nullis cronicis invenitur. Maxime cum suo tempore nullus papa leo vocabatur nisi forte liberius papa. qui constantio heretico et suis fauebat. alio nomine leo [62] dictus sit vel forte alius aliquis [63] falsus papa. dictus leo tunc fuerit [64] Julius vero papa. post exilium christianorum et post multas tribulationes quas de constantio imperatore perpessus est. post mortem eius. ad sedem beati petri cum gloria reversus est. et fecit duas basilicas vnam in foro. alium sancti valentini via flaminea.

Imperatores.

309.

GAlerius .1. annis II. cum constantino et licino. Iste constantinus yspaniam sibi subegit. et filiam regis britanie nomine helenam. accepit in concubinam. de qua genuit constantinum magnum qui tandem

---

([14]. Lucius. *corr. in marg.*: Iulius. ([45]. quindecim. ([46]. Calepodij, ([47]. a. v. *desunt quidem in textu, ast leguntur in ora.* ([48]. T. h. ([49]. florent. ([50]. Paphnutius. ([51]. Hilarius. ([52]. *addit*: In cuius tempore. ([53]. *addit*: vt. ([54]. floruerunt. ([55]. Et. ([56]. QVICVNQVE VVLT SALVVS ESSE. ([57]. *addit*: sed. ([58]. dicitur respondisse. ([59]. et. *deest.* ([60]. quod. ([61]. dicendo: D. e. t., v. i. t. r- ([62]. L. a. n. ([63]. aliquis a. ([64]. Leo t d. fuit. *I. d. A.: 349. vacuo 4 annorum spatio remanente.* »Julius — flaminea« *desunt. addit*: LIBERIVS XXXVII.

eboraci in britania obijt. et constantinum filium suum de concubina progenitum [1] in imperatorem galliarum reliquid. [2] qui factus imperator ciuibus et exercitui et alijs acceptus fuit. veniens quoque [3] romam contra maxentium quem romani fecerant imperatorem. qui adeo plenus vicijs fuit. quod nullum vicium ipsum effugeret. in signo crucis quod sibi [4] ostensum fuerat [5] vicit. Sub hoc maxentio. passa est beatissima virgo [6] katherina. [7]

311.

COnstantinus 1. [8] imperauit annis XIX. [9] Hic magnus dictus. christianus effectus est et libere congregari dedit licentiam christianis. [10] et basilicas in honore ihesu christi construi fecit. Hijs temporibus heresis arriana oritur. nicenumque concilium. a constantino. ad condempnandam heresim congregatur. [11] In quo [12] beatus nycolaus mireorum [13] episcopus legitur fuisse. Donatistarum scisma exoritur. [14] a quodam donato afro. qui gradus minoritatis in personis ponebat. Iste constantinus. [15] deuictis licinio et seuero [16] imperatoribus. a papa siluestro [17] causa mundandi a lepra. baptizatus est. vnde omnes dignitates imperiales [18] pape contulit et ipse constantinopolim transijt. Constantinum vero [19] in extremo vite sue ab eusebio nichomediense [20] episcopo rebaptizatum [21] in arrianum dogma conuersum esse quidam retulerunt. [22] Sed hoc de ipso [23] mendose dicitur. Quia beatus gregorius. in reistro. cum loquitur beato mauritio. [24] cum bone memorie appellat. et in ystoria tripartita eius exitus et acta bona [25] inueniuntur. Nam et orientalis ecclesia constantinum in cathalogo sanctorum connumerat. et festum de ipso agit. XXI. die. maij. et super personas. XIIII. diem ipsam beatus ambrosius magni meriti apud dominum asserit. quia primus imperator viam fidei et deuotionis principibus reliquid. [26] sed ea quæ mendosede eo dicta sunt. de constantio filio eius omnia vera

---

([1] procreatum. ([2] reliquit. ([3] ... que. ([4] *addit*: in visione. ([5] est. ([6] v. *deest*. ([7] Catharina. *I. d. A.*: *310. addit*:: CONSTANTINVS MAGNVS XXXVIII. ([8] Imperator. ([9] triginta, mensibus decem, diebus undecim. ([10] effectus e. Ch. et l. d. Ch. libere c. ([11] trecentorum et octodecim Episcoporum. ([12] *addit*: Concilio. ([13] Myrreorum. ([14] schisma oritur. *Quæ sequuntur usque* ponebat *desunt. addit*: Per idem tempus Crux Christi ab Helena Matre Jerosolimis inuenta est. ([15] C. *deest*. ([16] Maxentio et L. et St ([17] a. S. P. ([18] i. d. ([19] autem. ([20] E. Nicomediensi. ([21] *addit*: et. ([22] tradiderun- ([23] Constantino. ([24] i. Registro c. l. Mauritio. ([25] atque bona a. ([26] »Nam — reliquid.« *desunt*.

inveninntur. [27] Non enim est veri simile tante deuotinis principem sic desipuisse ut baptismum quem, a beato siluestro susceperat. per quem se et corporaliter a lepra. et spiritualiter a peccato mundatum cognouerat. ac ipsum christum in baptismo vidisse testificatus fuerat. sic viliter contempsisse vnde propter eximiam quam habuit ad christi cultum religionem. et propter nimiam quam habuit ad clerum reuerentiam. creditur hoc ab aduersarijs fidei confictum esse. Nam in tantum cultum christi dilexit. vt baptizatus mox christianorum ecclesias mandaret erigi. Ipse etiam in pallatio suo lateranensi. ad honorem christi. quæ dicitur basilica sancti saluatoris fundauit. et vt uniuersitas hominum sciret. nullam in corde suo circa fidem christi dubietatem. vel præteriti erroris mansisse vestigia. ipse accipiens fossorium primus terram aperuit ad fundamenta basilice sancti petri inchoanda. ad numerum. XII. apostolorum XII. cophinos plenos lapidibus propriis humeris deportauit. Cleri vero honorem in tantum tuebatur. quod sicut legitur in decreto ipse dixit. Si inuenirem clericum vel religiosum cum muliere turpiter agentem ipsum ne ab alijs videretur mea clamide cooperirem. Hic constantinus moritur. nichomedie et cometes parum ante mortem ipsius apparuit. Eo tempore [28] floruit beatus anthonius pater et abbas multorum monachorum [29] cuius vitam et acta beatus iheronymus in vitis patrum diligenter conscripsit. [30] Temporibus constantini helena mater ipsius. religionis cultu inducta. iherosolimam adiens. conuocatis iudeis. et tormentis adhibitis crucem domini quam quærebat repperit eis temporibus floruit beatus nycolaus myree ciuitatis episcopus. [31] floruit [32] etiam [33] eusebius cesariensis qui ecclesiasticam hystoriam conscripsit. [34]

341.

Constantinus II. cum constantio et constante fratribus. annis. XXIIII hij filij magni constantini fuerunt. hijs fratribus dimicantibus ro-

---

([27] sed de C. f. e.. omnia prædicta esse vera i. : »ea — sunt.« *desunt*, *uti et reliqua, quæ modo sequuntur*. »Non enim usque apparuit.« *Post hæc addit*: Flauiæus et Dioscorus, viri sancti instituerunt in Ecclesia, vt chori in duas partes diuisi Psalmos alternatim cantarent. ([28] His temporibus ([29] Antonius Eremita et Monachus floruit. ([30] cuius — conscripsit. *desunt*. ([31] reperit: Eis t. B. N. Myræ c. E. f. ([32] *deest*. ([33] et. ([34] *I. d. A.*: *323. addit in margine*: Hæc in margine alia manu scripta leguntur. *additque in altera columna*: »Hæc quæ sunt a parte ista non sunt de Chronicis F. Martini. sed de Chronicis Magistri Bruneti de Florentia: vt hic in fine dicitur. Post istum Constantinum — Morianus. Totila.« *I. d. A.*: *344. addit pro sequente anno*: CONSTANTIVS XXXIX.

mane vires consumuntur. postea solus constantinus trihumphans imperium tenuit. et christianus fuit. quem duces constantij fratris sui [35] peremere. [36] Et demum imperio assumpto constantius arrianus effectus christianos toto orbe persequitur. cuius etiam fauore fretus arrius. dum constantinopolim ad ecclesiam pergeret, aduersus nos de fide dimicaturus [37] diuertens per forum constantij. ad necessariam causam viscera eius repente simul cum vita effusa sunt. Donatus artis grammatice scriptor ac præceptor iheronimi illustris habetur. Anthonius monachus moritur Ossa beati andree apostoli et beati [38] luce ewangeliste constantinopolim transferuntur. Hic constantius [39] exulauit defensores fidei. scilicet. anatrasium [40] alexandrinum. eusebium vercellensem. qui postea reuocati sunt et ylarium Dyonisius autem mediolanensis. et paulinus treuerensis [41] in exilio obierunt. Huius constantij timore. iulianus apostata ne occideretur ab ipso factus est monachus. [42] fuerat enim nepos magni constantini. de fratre eius procreatus. vnde cum iam constantius fratrem iuliani interfecisset iulianus timens ne idem sibi faceret primum monachus factus. demum fugiens per diuersas prouincias. magos et ariolos vt si imperator posset fieri requirebat. Cui cum quodam mago demon apparuisset accepta ab ipso christiane fidei renuntiationem ipsum futurum imperatorem prædixit.

Pontifices.

353.

LIberius .l. natione romanus ex patre ligusto sedit annis. XVI. [1] Mensibus. VII. [2] diebus. III. et cessauit diebus. XXV. Hic de regione via lata in exilio [3] deputatus est. a constantio augusto eo quod noluisset heresi arriane consentire. et fuit in exilio. annis. III quo [4] in exilio existente. clerus romanus de consilio liberij prædicti ordinaverunt [5] felicem presbyterum in papam virum venerabilem. Quo felice celebrante concilium. inuenit interesse duos presbyteros. arriana heresi infectos. nec non imperatoris constantij familiares videlicet vrsatium et valentem et eiecit ipsos de conscilio. XLVIII. episcoporum. Post paucos autem dies congregati [6] contra felicem. rogauerunt constantium vt

---

([35] *deest.* ([36] peremerunt. ([37] d. de fide. ([38] B. *deest.* ([39] C. *deest in textu, supplebatur autem in ora.* ([40] Anastasium. ([41] Treuirensis. ([42] *I. d. A.: 355. sequitur spatium vacuum sex annorum. addit*: IVLIANVS APOSTATA XL. *omissis, quæ in nostro Cod. habentur a voce*: »fuerat — prædixit.« ([1] sedecim. ([2] x. *ante* VII. *erasum in Cod.* ([3] exilium. ([4] *addit*: tempore. ([5] p. L. ordinauit. ([6] prouocati.

reuocaret liberium [7] tamquam ipsis magis consentaneum Liberius autem vt præceptis imperatoris heretici [8] assensum dedit de exilio est reuocatus. Imperator vero conuocato concilio cum hereticis arrianis et [9] vrsatio et ualente. felicem de papatu quia erat catholicus erecit. et liberium quia sibi et arrianis consenserat in sede reposuit. et sic infelix liberius basilicam sancti [10] petri. et pauli. et sancti Laurentij. ui tenuit. VI. annis. [11] et fuit tunc persecutio magna in vrbe ita ut clerici liberio contrarij martyrio coronarentur. passus est et tunc presbyter eusebius in vrbe. quia liberium [12] hereticum declarabat. [13]

369.

FElix 11. natione romanus sedit. anno. I. ex patre anastasio. [14] Hic fuit catholicus [15] et constituit vt episcopus uocatus ad concilium veniat hic declarauit constantium [16] esse hereticum et secundo rebaptizatum ab eusebio nychomediensi [17] episcopo. et propter hoc de [18] eodem constantio de papatu depositus. capitis decollatione [19] martyrio coronatur. IIII. kalendas augusti. [20]

370.

DAmasius 1. [21] natione yspanus ex patre anthonio sedit annis. XVIII. Mensibus. II. diebus. X. et cessauit diebus. XXXI. Hic elegans in [22] versibus componendis ingenium habuit multaque et brevia opuscula eroico [23] metro edidit. Huic sanctissimo viro. beatus iheronimus multa ecclesiastice religionis scripta misit inter quæ etiam duos versus scripsit. Gloria patri. [24] Sicut erat. [25] post psalmos canere. [26] Hic etiam [27] instituit vt psalmi die noctuque cantarentur. et ut chori in duas partes diuisi psalmos alternatim cantarent. hic multa corpora sanctorum requirens inuenit. quorum tumbas versibus decorauit. Octogenarius sub theodosio moritur. [28] Hijs [29] temporibus floruit in yndia iosaphat. filius regis heremita factus. et barlaam qui ipsum convertit. floruit et [30] appollinaris anthiocenus. [31] in scripturis sacris eruditissimus quem bea-

---

([7] *addit*: de exilio. ([8] h. *deest in textu, attamen suppletur in marg.* ([9] *addit*: cum. ([10] SS. ([11] VI. a. *desunt.* ([12] *addit*: esse. ([13] *I. d. A. 368. addit*: FELIX XXXVIII. ([14] ex P. A. s. a. vno. *addit*: Huic abfuit Hæreticus. ([15] H. f. c. *desunt. in textu, ast in margine leguntur.* ([16] *addit*: Filium Constantini. ([17] Nicomediensi E. ([18] Propter hoc ab. ([19] c. d. *desunt.* ([20] *I. d. A.: 369. addit*: DAMASVS XL. ([21] Damasus. ([22] in *deest.* ([23] Heroico. ([24] *addit*: etc. ([25] *addit*: in principio. ([26] *addit in marg.*: canendos. *h. l. addit*: »Octogenarius — moritur.« ([27] Hicque ([28] O. s. Th. m. *h. l. desunt.* ([29] Huius. ([30] f. e. *desant.* ([31] Apollinaris Antiochenus.

tus iheronimus reuerenter audiuit. Beatus ambrosius mediolani ordinatur episcopus. Omnes in ytalia ad fidem [32] conuertuntur. floret [33] basilius cesariensis. Gregorius nazancenus. [34] ambo college et athenis eruditi. Didimus alexandrinus phylosophus. iheronimus. sanctus martinus turonensis. In egypto pachomius abbas. duo macharij. Isydorus Moyses. Beniamin. eraclides. Effrem sanctissimus. athanasius [35] episcopus alexandrinus quieuit in pace. Jeronimus correxit psalterium. [36] quod in omnibus ecclesiis cantabatur. quo [37] vieiato. iterum nouum composuit. quod papa damasius [38] rogatu iheronimi cantari instituit in ecclesijs gallicanis et propter hoc gallicanum vocatur. romanis psalterio secundo. [39] LXX. remanente. tercium transtulit de hebraica veritate in latinum de uerbo ad uerbum. Damasius papa rogatu iheronimi instituit vt diceretur [40] in fine psalmorum gloria patri. [41] Ambrosius ritum canendi antheras [42] in ecclesia [43] instituit. Secunda [44] sancta synodus. C. L. patrum constantinopoli celebratur. [45] In qua dampnatur macedonius. qui spiritum sanctum negabat [46] esse deum. et assertum est spiritum sanctum esse consubsbalem. [47] et coequalem [48] patri et filio dans symboli formam. quam et latina confessio prædicat in ecclesijs. [49]

388.

Siricius 1. natione romanus. ex patre. tiburcio. sedit. annis. XV. Mensibus. XI. diebus XXV. et cessauit diebus. XX. Hic manicheos invenit quos exilio deputauit [50] et constituit vt non participarent [51] cum fidelibus communionem. et præcepit vt si quis de eadem secta conuersus rediret ad ecclesiam. nullatenus communicaret. [52] nisi tantum relegationi monasterij omnibus diebus vite sue obnoxius teneretur. ieiunijs et orationibus maceratus probatus sub omni examine. usque ad ultimum diem [53] transitus sui. et ita viaticum accipiat. hic synodum constantinopoli celebrauit cum. CCC.L. episcopis Huius temporibus. iheronimus presbyter interpres et doctor egregius [54] secundum ebraicam [55] veritatem bibliam transtulit de hebreo in latinum. Clarebat etiam [56] rufinus aquileiensis presbyter. per idem tempus. paula multum nobilis matrona romana [57] cum filia sua eustachium. [58] ihero-

---

[32] *Addit*: rectam. ([33] florent. ([34] Nazianzenus. ([35] Anastasius. ([36] *addit*: septuaginta. ([37] *addit*: iterum. ([38] Damasus. ([39] secundo *deest*. ([40] *addit*: in Ecclesia. ([41] *addit*: etc. ([42] Antiphonas. ([43] i. e. *desunt*. ([44] S. *deest*. ([45] celebratus. ([46] n. Sp. s. ([47] consubstantialem. ([48] e. c. *desunt*. ([49] *I. d. A. 887. addit*: SIRICIVS XLI. ([50] deportauit. ([51] participent. ([52] communicaretur. ([53] d. u. ([54] *deest*. ([55] Hebr. ([56] et, ([57] *deest*. ([58] Eustochium.

solimam adijt. Arsenius in vrbe rome [59] claret. qui ex senatore factus monachus. [60] per XL. annos in heremo [61] uixit. Eodem tempore in emaus castello natus est puer ab umbilico et sursum diuisus ita vt haberet [62] duo capita et quilibet [63] proprios sensus. vno edente vel dormiente. alter non comedebat nec dormiebat Porro postquam [64] duobus annis vixissent. [65] vnus mortuus est altero vsque in tercium diem [66] superuiuente. hoc [67] tempore floruit iohannes crisostomus. primo presbyter athiochenus. post archiepiscopus constantinopolitanus. [68]

Imperatores.

362.

IVlianus. .1. [1] annis. II. Mensibus. VIII. Hic [2] fuit apustata. huius temporibus [3] beatus martinus relicta milicia floruit. Iste nepos constantini fuit. qui tantum imperium concupiuit. vt etiam christianam religionem dimitteret. Hic tam secularibus [4] quam diuinis libris eruditus. a fide et a uita monastica declinauit Qui a constantio cesar factus et contra gallos et alemannos missus. ipsos subiecit. ex hijs elatus contra constantium augustum se erexit. post mortem autem constantij. factus augustus christianos persequi cepit. honoribus primo eos alliciens. ad ydolatriam dein [5] varia edicta contra christianos statuens. multi sunt [6] martyrio coronati Inter quos paulus et iohannes constantie magni constantini filie cubicularij. Item cyrillus dyaconus et multi alij terra marique perempti sunt. Ipse etiam iudeis licentiam [7] dedit templum iherosolimis reedificandi. qui ex omnibus partibus congregati. et [8] quod magno labore construxerunt [9] per terre motum funditus destructo. et locum et opus deseruerunt. Cum vero contra persas ad bellandum processisset. [10] transiens per cesaream capadotie. [11] multa opprobria beato blasio [12] illius ciuitatis episcopo et christianis [13] comminationes futuras inferens. beatus basilius [14] orans et ieiunans cum christianis. vidit beatam virginem præcipientem mercurio militi dudum ante in quodam monasterio sepulto. vt se et filium eius de iuliano vindicaret quod et factum est et blasphemando exspirans clamauit vicisti galileæ. [15]

([59] Roma. ([60] S. M. f ([61] in Eremo. ([62] *addit*: duo pectora et. ([63] quælibet ([64] posteaquam. ([65] vixisset. ([66] d. t. ([67] Eo. ([68] *I. d. A.*: *403. addit*: ANASTASIVS XLII. ([1] *addit*: imperauit. ([2] *addit*: Julianus. ([3] tempore. ([4] scholaribus. ([5] eos prius magis alliciens, quam tormentis ad idololatriam. Demum. ([6] Sancti. ([7] l. I. ([8] et *deest*. ([9] construxerant. ([10] transisset. ([11] Cæs. Cappadociæ. ([12] Basilio. ([13] *addit*: et. ([14] *In nostro Codice; eraso superscripto*: *l. reliquit mamus coëva correcturam inconsumatam*. ([15] VICISTI GALLILÆE. *I. d. A. 363. addit*: IOVINIANVS XLI.

364.

Iobianus. 1. [16] Mensibus. VII. Iste christianus fuit et cum sapore rege persarum iulianum sepeliuit. [17]

365.

Ualentinianus 1. cum fratre valente. [18] annis. XI. Iste christianus fuit de cibalensi prouintia pannonie [19] editus hic sub iuliano augusto. cum fidem christianitatis integram gereret. et scrutariorum tribunus esset. mandato accepto sacrilegi [20] imperatoris aut imolare [21] ydolis aut milicia cedere. [22] miliciam sponte dimisit. Sed paulo post iuliano interfecto. iobianoque [23] mortuo. qui pro nomine christi amiserat tribunatum persecutori succedens suscepit imperium Hic saxones. gentem in [24] oceani littoribus. virtute et agilitate terribilem romanis [25] subiugauit. Anno vero imperij sui. XI[o] cum sarmate sese per pannonias diffudissent. easque vastarent. et [26] bellum aduersus eos pararet. aput opidum strigoniense [27] subito fluxu sanguinis exspirauit. [28] Fuit autem imperator egregius wltu decens. sollers [29] ingenio. sermone cultissimus, quamquam ad loquendum parcus. hic fratrem suum valentem. qui post cum filio suo [30] valentiniano regnauit. [31] IIII. annis. volente. [32] persequi christianos. eo quod arrianus esset. tempore quo vixit compescuit. huius tempore valentiniani [33] et hortatu. sanctus ambrosius. factus est archiepiscopus mediolanensis. [34]

376.

Valens 1 cũm gratiano et valentiniano [35] annis. IIII Isti tres imperatores optime romam [36] tenuerunt et actus rome fecerunt. Huius [37] tempore ambrosius mediolanensis claruit. Anno valentis imperij. III. qui imperauit constantinopoli IIII[or] gentes. scitice I. [38] gothi. ypogoti. [39] gipedes et wandali. vnam linguam habentes nomine tantum diuersi. bipertito [40] agmine dannubium transierunt. Hic valens arrianus existens et multas christianis persecutiones [41] faciens. a gothis in bello peremp-

---

([16]. Jovinianvs *addit*: imperauit. ([17]. *I. d. A.*: *364. addit*: VALENTINIANVS XLII. ([18]. *addit*: imperauit. ([19]. de Cybaleasi Pannonia. ([20]. *in nostro Cod. legitur*: sacrilegij, *licet j serius erasum.* ([21]. vt immolaret. ([22]. militiæ cederet. ([23]. Jouinianoque. ([24]. in *deest.* ([25]. R. t. ([26]. dum. ([27]. apud oppidum *in marg.*: Strigoniense, *in textu*: Strimgomense. ([28]. exspiranit. ([29]. solers. ([30]. sub. ([31]. imperauit. ([32]. volentem. ([33]. H. V. t. ([34]. *I. d. A. 376. addit*: VALENS XLIII. ([35]. *addit*: imperauit. ([36]. Imperiales dignitates optime Romæ. ([37]. Hoc. ([38]. scilicet. ([39]. Hippogothi. ([40]. bipartito. *in nostro Cod. rasura et correctio vocis*: bipert. ([41]. p. Ch.

tus est. Hic legem dederat vt monachi militarent. nolentes vero fustibus fecit interfici. [42]

381.

GRatianus 1 cum fratre valentiniano et theodosio. [43] annis. VI. per idem tempus christianorum templa destructa. iubente theodosio [44] reficiuntur. Hic gramnus [45] cum inestimabilem hostium multitudinem contra se cerneret aput argentinam opidis [46] gallie. fretus christi potentia feliciter deuicit. Nam plus [47] quam. XXX. Milia. allamannorum deuicit. [48] hoc ipsi [49] cultura vere fidei contulit. nam.. cum vsque [50] ad ipsius tempora ytalia heresi arriana langueret. ad veram fidem fecit redire. fuitque gratianus litteris instructus. percus [51] cibi. sompnique [52] libidinis victor. cunctisque plenus bonis obijt. [53]

386.

Theodosius 1 cum valentiniano. annis. XI. Huius tempore maximum scisma [54] fuit inter paganos et iudeos. Hic destruit [55] templa ydolorum. Sub isto transtulit ieronimus nouum et vetus testamentum. Ambrosius post ylarium ymnos componit. arbenius [56] rome claret factus ex senatore monachus. Augus [57] cum esset manicheus ad fidem conuertitur. Iste christianissimus imperator fuit. hostes suos. non tam ferro vel multitudine. quam ieiunio et oratione confisus prostrauit. Hic propter virtutum perfectionem etiam a barbaris summe diligebatur. vnde multe gentes ad ipsius inductum relictis erroribus et ydolis ad christum conuerse [58] sunt. hic orientis et occidentis partes pacifice possidens. aput mediolanum defunctus est. Cuius corpus in [59] eodem anno in constantinopolim translatum est. fuit autem theodosius propagator rei publice moribus et corpore traiano similis. Clemens misericors. communis [60] solo habitu differe se ab alijs [61] putans. in omnes honorificusi verum effusior in bonos [62]

396.

Archadius .1. et honorius imperauerunt [63] annis. XIII. hijs temporibus donatus empiri [64] episcopus. uirtutibus insignis est habitus.

([42] *I. d. A.*: *380 addit*: GRATIANVS XLIV. ([43] *addit*: imperauit. ([44] t. Christianorumi, ubente Th. d. ([45] Gratianus. ([46] Oppidum. ([47] post. ([48] peremit. ([49] *deest.* ([50] *deest.* ([51] parcus. ([52] *addit*: ac. ([53] b. p. o. *I. d. A.*: *387. addit*: THEODOSIVS XLV. ([54] magnum. schisma.

qui draconem ingentem exspuens in ore eius necauit. quem octo iuga boum ad locum incendij vix trahere potuerunt. ne aerem putredo eius corumperet. per idem tempus corpora sanctorum prophetarum abacuc et michee [55] producuntur. Augus. [56] episcopus doctrine sciencia claruit. [57] huius tempore prisillianiste [58] et pelagius heretici fuerunt. Hic archadius fuit filius theodosij. magneque virtutis et prudentie homo. huius tempore albaricus [59] rex gothorum ex affrica veniens intrauit ytaliam. [60] romamque cepit. [61] igne ferroque deuastans. [62] dato prius precepto. illos qui in sacris locis. precipue in basilicis [63] apostolorum se reciperent securos esse deinde per apuliam et calabriam. in affricam properans [64] albericus subitanea [65] morte aput conscentium [66] defunctus est. Gothi vero bacentum [67] amnem. diuidentes. albericum in medio aluei cum multis opibus sepeliunt. amnem post primo [68] meatui reddentes regem attanulfum alberici [69] affinem constituentes romam redeeunt [70] si quid residuum fuit. more locustarum consumunt. eo tempore clarissima vrbis loca fluminibus dirupta [71] sunt que comburi ab hostibus nequmerunt. fitque in tota vrbe blasphemia christo clamantium. hec ideo se perpeti quia neglecta fuerunt sacra deorum. Sed gothi de vrbe recedentes. Gallam theodosij principis filiam. sororem archadij et honorij secum avferunt. quam sibi atthanulphus [72] matrimonio copulauit. que post rei publice multum vtilis fuit. [73]

Pontifices.

404.

ANastasius 1 natione romanus ex patre marino. [1] sedit. annis II. diebus. XXVI. Hic constituit vt qui caret [2] aliquo membro non possit fieri clericus. Florebat [3] Johannes crisostomus. Orasius [4] hystoriographus. Hic anastasius constituit vt quotienscumque ewangelium legeretur [5] clerici non sederent sed starent. et constituit vt nullus transmarinus ad clericatus honorem susciperetur. nisi. V^e episcoporum sigillis designatum exhiberet cyrographum propter manicheos. [6]

([43] destruxit. ([46] H. c. Arsenius. ([47] Augustinus. ([48] concursi. ([49] *deest*. ([50] comis. ([51] se. d. a. ceteris. ([52] effusior vero in bonos. *I. d. A*: *396. addit*: ARCHADIVS ET HONORIVS. XLVI. ([53] *deest*. ([54] Epyri. ([55] SS. A. et Micheæ P. ([56] Augustinus *addit*: quoque. ([57] præclaruit. ([58] Priscillanistæ. ([59] Albericus. ([60] J. i. ([61] cepit R. ([62] vastault. ([63] *addit*: Petri et Pauli. ([64] properántes. ([65] subita. ([66] Consentium. ([67] Bascentum. ([68] proprio. ([69] Attaulfum Alatici. ([70] *addit*: et. ([71] fulminibus diruta. ([72] Attaulfus. ([73] *Id A.*: *409. addit*: HONORIVS XLVII.

407.

INnocentius 1. natione albanensis ex patre innocentio. sedit. annis. XV. Mensibus. II. diebus. XXI. [7] Hic constituit sabbato ieiunium celebrari. quia sabbato dominus. in sepulchro iacuit. et discipuli ieiunauerunt Constitum [8] fecit de ecclesia et de regulis monasteriorum et de iudeis et paganis. et multos cathafrigas [9] inuenit. quos exilio relegauit. et celestinos hereticos. [10] et dampnauit eos et constituit vt qui natus fuerit de christiana. per baptismum nasci denuo debeat. hic decreuit ad missam obsculum [11] dari. floret. alexius rome nobilissimi romani eufemiani [12] filius qui primus [13] imperatoris fuit. hic constituit [14] oleo ad vsus infirmorum ab episcopo consecrato vti. non tantum presbiteris sed. [15] omnibus alijs christianis. Hic dampnauit pelagium in britania cum execrabili sua doctrina exortum asserentem hominem sine gratia dei posse saluari. vnumquemque suis meritis propria voluntate ad iusticiam regi. infantes sine peccato originali nasci. Dampnauit et celestinum et iulianum complices pelagij. hic fecit ordinationes. IIII. per mensem septembrem. [16] hic excommunicauit archadium imperatorem, quia consensit vt sanctus iohannes crisostomus a sede sua constantino politana pelleretur. ab euxodia uxore sua. propter prædicationem quam fecerat contra eam. eo quod circa ymaginem sue spetiei quam erexerat. mulieres et puellas ludere compellebat. quod iohannes crisostomus prædicabat vicium esse ydolatrie.

422.

ZOzimus 1 natione grecus. sedit. anno. I. Mensibus. VIII. diebus. XXV. et cessauit. diebus. XI. hic constituit quod seruus nullo modo clericus fieret. et vt in sabbato sancto benedicatur cereus. et vt nullus clericus in publico potum venderet. [17]

([1] Maximino. ([2] careret. ([3] floruit. ([4] Orosius. ([5] quotiesc. Eu. recitaretur, Presbyteri et. ([6] Chyrographum, p. Manichæos. *I. d. A.*: *406. addit*: INNOCENTIVS XLIII. ([7] viginti. ([8] Constitutionem. ([9] Cataphrygas. ([10] Cœlestinos Hær. ([11] pacis osculum. ([12] Euph. ([13] *addit*: in Palatio. ([14] h. Innocentius statuit. ([15] P. t. sed etiam. ([16] *addit*: Qui sepultus est Romæ ad Vrsum Pileatum quinto Kalendas Augusti. *I. d. A.*: *421. Quæ modo sequentur* »hic excommunicauit — ydolatrie« *desunt*. *addit*: ZOZIMVS XLIV., *præmissâ tamen altera, parvulâ columnâ hisce inscriptâ*: »Quæ sequuntur, alia manu et attramento addita sunt.“ Hic excommunicauit A. J. q. consenserat, v. S. J. Ch. a., s. s. C. p. ab Eusebia v. s. — quod Chrysostomus prædicabat esse vitium Idololatriæ.« ([17] *I. d. A.*: *424. addit*: BONIFACIVS XLV.

425.

BOnifacius 1 natione romanus ex patre iocundo presbytero. sedit. annis. III. Mensibus. VIII. et cessauit. diebus. IX. Hic decreuit ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam altaris contingeret aut lauaret et vt seruus aut obnoxius curie non fiat clericus. [18]

428.

CElestinus 1 natione romanus. [19] ex patre prisco. sedit. annis. VIII. diebus. IX. et cessauit. diebus. XXI. Hic constituit vt Iudica me deus et discerne. [20] diceretur ante introitum misse. et psalmi dauid. CL. ante sacrificium psallerentur. canendo ex omnibus anthiphonatim quod antea non fiebat sed epistola pauli et ewangelium dicebantur. [21] et ex hoc instituto excepti [22] sunt introitus de psalmis et gradualia et offertoria. [23] hic misit sanctum patricium filium contrues [24] sororis sancti martini turonensis in yberniam et conuertit omnes ad fidem Tercia sancta synodus vniuersalis ephesina. CC^{torum} patrum collecta est ephesi. [25] iussu celestini pape. [26] In qua [27] dampnatus est nestorius duas personas in christo asserens. [28] et confirmatum est christi esse vnam personam in duabus naturis et vt beata maria theothocos [29] id est mater dei appelletur. [30]

437.

Syxtus III. natione romanus. ex patre prisco. sedit. annis. VIII. diebus. IX. et cessauit diebus. XXII. hic de regione celij montis constituit. vt nullus clericus in parrochia alterius ordinari [31] præsumat. [32] Hic congregata synodo purgauit se coram. LVII. episcopis. de crimine quod sibi bassus coram augusto imposuerat. et bassus est in concilio condempnatus. Hic edificauit ecclesiam sancte marie maioris quæ dicitur ad presepe. Hic etiam multas basilicas auro argentoque decorauit. et multa pauperibus distribuens sepultus est in uia tyburtina in cripta iuxta corpus beati laurentij.

([18]. *I. d. A.*: *427. addit*: CŒLESTINVS XLVI. ([19]. *deest. h. l. extat lacuna punctis expleta.* ([20]. *addit*: etc. ([21]. dicebatur. ([22]. accepti. ([23]. *addit*: similiter ante Sacrificium. ([24]. Conthes. ([25]. .c. e. E., ducentorum P. ([26]. i. huius P. C. et Theodosij iunioris. ([27]. in quo. ([28]. *addit*: et condemnatus anathemate;. ([29]. theoticos. ([30]. Dei Mater appellaretur. *I. d. A.*: *435. addit*: SIXTVS XLVII. ([31]. ordinare. ([32]. *I. d. A*: *438. remanente quatuor annorum spatio vacuo.* »Hic congregata — laurentij« *desiderantur addit*: LEO XLVIII.

444.

LEo I. natione thucus [33] ex patre quintiano. sedit annis. XXI. Mensibus. II. [34] hic misit epistolam marciano [35] augusto et sue coniugi pulcherime omnem fidem exponens. et misit ad [36] episcopum constantinopolitanum. [37] VIII. epistolas. [38] Inter quas [39] etiam scripsit vnam præclaram aduersus euticem [40] de incarnatione domini. in qua redarguit eius blasphemiam. hic post cladem uandalorum reuocauit [41] omnia misteria [42] argentea. Sub hoc facta est tercia sinodus calcedonie. [43] hic [44] sepultus est apud basilicam beati petri [45] cuius festum fit in vigilia apostolorum. hic doctor addidit canoni. Sanctum sacrificium inmaculatam hostiam. [46] huius manum dum quædam femina eanonizando cum alijs in die pasche osculata fuisset. tantam temptationem ex hoc in carne concepit. vt manum quæ occasio fuerat scandali clam amputaret. et a se penitus reiceret. Veruntamen tumultus contra ipsum invaluit. eo quod missam non celebraret. Ipse in angustia constitutus totum se beate virgini Marie. commisit. Cum vigilijs et orationibus intenderet. beata virgo manum portans visibiliter apparuit et sibi sua manu apposuit De quo miraculo beatus pontifex non solum gratias egit. sed etiam in suis prædicationibus ipsum miraculum frequenter omnibus publicauit Quarta synodus. [47] XXX. episcoporum apud calcedonem industria leonis mandante marciano imperatore celebratur. In qua eutices [48] constantinopolitanus abbas et diolcorus [49] alexandrinus episcopus qui dicebant vnam verbi dei et carnis esse naturam dampnati sunt. et rursum nestorius et eius error [50] dampnatus est. et difinitum est [51] prædicari duas in christo [52] naturas et vnam personam. Hic leo. Attilam regem vandalorum [53] postquam de pannonia in ytaliam regressus fuisset et per triennium aquileiam [54] obsidens cepisset. ferro igneque omnino consumptam. [55] veronam vincentiam brixiam pergamum. Mediolanum ticinum diripuisset. [56] ne romam veniens idem

---

([33] Tuscus. ([34] mense vno, diebus viginti septem. ([35] *ita in margine, ast in textu habet*: Martio. ([36] *in Cod. nostro superscriptum. addit*: Fabianum. ([37] *deest.* ([38] Epistolas octo. ([39] quos. ([40] Eutychen. ([41] W. *corr. in marg.*: renouauit. ([42] o. sacrata ministeria. ([43] Calcedone. ([44] *addit*: etiam. ([45] in Basilica S. P. *Addit*: Apostoli, Tertio Idus Aprilis *omittit quæ sequuntur usque*: hic, *excl.* ([46] *Hoc loco addit*: »Septem dormientes — in Christo.« *ut infra sub Theodosio in fine. Porro addit*: Hoc factum est apud Ephesum. *Proxime sequentia scilicet*: »huius manum — publicauit« *desunt.* ([47] *addit*: Calcedonensis sexcentorum et. ([48] Eutyches. ([49] Dioscorus. ([50] error. e. ([51] definitum, *excidit*: est. ([52] d. i. Ch. p. ([53] Totilam R. W. ([54] Aquilegiam. ([55] consumpta. ([56] *addit*: Leo Papa Sanctissimus.

faceret personaliter adijt ipsum vbi circa padum morabatur. et non solum rome [57] sed etiam [58] tocius ytalie salutem reportauit. Et mirantibus omnibus barbaris. cur attila sic honorifice [59] contra consuetudinem papam susceperisset [60] et in omnibus exaudisset. Respondit. [61] quemdam wltu terribilem pape astitisse. et mortem sibi minantem. nisi papam in omnibus exaudisset [62] vnde statim de ytalia exiens in pannoniam redijt. [63] hic etiam leo sanctissimus cum contra fabianum patriarcham constantinopolitanum. et euticen epistolam ad calcedonense concilium scripsisset. eandem antequam mitteret epistolam rome supra altare sancti petri ponens. et per XL^ta. dies ieiunijs et orationibus insistens. rogauit sanctum petrum vt si quid esset in eadem epistola emendandum. ad fidei propter quod scripta erat informationem. dignetur corrigere et emendare. quod et factum est. nam in fine. XL^a. dierum. inuenit eandem epistolam in omnibus ad propositum correctam et emendatam hoc ipsum sibi petro apostolo reuelante. Eodem [64] tempore sanctus paulinus nolane [65] ciuitatis episcopus. pro cuiusdam vidue filio capto se tradidit et in affricam deductus fuit. de quo scribit beatus gregorius. in dyalogo. [66]

Imperatores.

410.

HOnorius .1. cum theodosio fratris filio minore. [1] imperauit annis. XV. hijs [2] temporibus gothi [3] romam ceperunt. Vandali quoque yspanias [4] et gallias occupant et vastant. et rodagius rex gothorum ab exercitu romanorum occisus est. Hoc tempore pelagius. aduersus christi gratiam erroris sui dogmata prædicat. ad cuius dampnationem concilium apud cartaginem. CCC^orum. XIII. [5] episcoporum congregatur. Hoc tempore cyrillus alexandrinus episcopus insignis habetur. hic honorius filius theodosij et frater archadij fuit. cuius tempore. heradianus quidam

---

([57] Romanam. ([58] *deest*. ([59] s. h. Totila. ([60] recepisset. ([61] exaudiuisset, r. ([62] exaudiret. ([63] *Quæ modo sequuntur usque ad* — petro apostolo revelante »*omnino desunt*: *contra addit*: »Hic etiam Leo sanctissimus Gensericum, Principem Africæ, qui cum magna multitudine Romam veniens, et ipsam pœne totam vacuam inueniens, quia tam Nobiles, quam alij propter timorem suum ab Vrbe fugerant, rogauit et obtinuit, vt in Vrbe ab igne et cæde abstineret, qui per tredecim dies Vrbem spolians, per Apuliam et Siciliam ipsas vastando et homines deducendo reuersus est in Africam.« ([64] Illo. ([65] Nolanæ. ([66] S. Gregorius in Dialogo. *I. d. A.*: *464. addit*: HILARIVS XLIX. ([1] m. fr. f. ([2] Huius. ([3] *deest*. ([4] W.: Hisp. quoq. ([5] et tredecim.

cum tribus milibus [6] et septingentis nauibus ex affrica romam tendens. occursus [7] comitis constantij. quem honorius bellis præfecerat sic contriuit vt solus rapta naui cartaginem rediret ibique peremptus est. Hijs diebus præcipiente honorio fauente constantio sopitis apud affricam hereticis. pax ecclesiis reditur. Tunc apud yponam [8] florebat augustinus episcopus. Hijs temporibus apud bethlehem palestine. beatus hieronymus. XCI°. statis sue anno migrauit ad christum. Fuit sane honorius moribus et religione patri suo theodosio [9] similis rem publicam pacatam relinquens. rome defunctus est et iuxta beati petri [10] ecclesiam in manseolo [11] sepultus est. nullam sobolem relinquens. Nam due staliconis [12] filie. videlicet maria et hermantia vna post alteram eius coniugio sociate vtraque dei iudicio morte præuente subita. ex hac luce virgines migrauere. Quamuis multa bella surrexerint hijs temporibus. [13] tamen non [14] nullo vel minimo sanguine sunt sedata. [15] hoc clementia honorij qua cunctis præminebat faciente. Nam cum sibi diceretur cur rebelles non occideret. Respondebat. vtinam esset mihi possibile et mortuos ad vitam suscitare.

425.

THeodosius .ii. minor [16] cum valentiniano genere [17] suo imperauit [18] annis. XXVII. Hic accepto imperio statim valentinianum amite sue filium cesarem fecit. Gens vandalorum ab yspanis ad affricam transeunt et vastant. ibique catholicam fidem arriana impietate subuertunt. Per idem tempus nestorius constantinopolitanus episcopus sue perfidie molitur errorem aduersus quem ephesina synodus congrega [19] impia eius [20] dogmata condempnauit. Hoc tempore dyabolus in creta in specie moysi [21] apparens dum iudeos in terram promissionis per mare pede sicco promitteret perducere. plurimos necauit. sed qui euaserunt ad christi gratiam sunt conuersi. [22] Tempore istius theodosij [23] uincula sancti petri instituta sunt celebrari ab uxore eius. hic theodosius archadij filius orientale regebat imperium. qui mortuo honorio valentinianum amite sue filium vt imperium occidentis susciperet transmisit. hijs temporibus gensericus rex uandalorum ex yspania in affricam

---

([6] millibus. ([7] occursu. ([8] Hipponam. ([9] Th. p. s. ([10] *addit*: Apostoli. ([11] Manseolo. ([12] Stiliconis. ([13] Cuius, Honorij t. q. m. b. s. ([14] vel. ([15] *I. d. A.*: *424.* »*hoc* clementia — suscitare.« *desiderantur.* ([16] iunior. ([17] genero. ([18] *deest.* ([19] congregata. ([20] e. i. ([21] Eodem t. i. Creta D, specie Moysis. ([22] c. s. ([23] *deest.*

ueniens pene totam flammis ferro [24] et rapinis crudelissime deuastauit. Sub hac turbine beatissimus augus. [25] LXVI. [26] etatis sue annis et XXIX. in episcopatu expletis migrauit ad christum. theodosius vero apud constantinopolim morbo correptus interijt ibique sepultus est. Eo tempore rex hunnorum [27] dum cum fratre suo bella [28] regnum [29] intra pannonias daciamque gubernaret belam germanum suum [30] regnique consortem peremit. fultus itaque fortissimarum gentium quas sibi subiugauerat præsidio. ad demoliendum romanum imperium contendit fuerunteque cum romanis burgundiones franci. saxones et pene totus populus occidentis conueneruntque in alulnia [31] et primum quidem regem burgundi occurrentem sibi prostrauit. Demum in bello adeo [32] acriter pugnatum est qualiter vix umquam in aliqua ante [33] inuenitur ystoria. Cesa sunt autem [34] ex utraque parte. CLXXX. Millia hominum. et tantus [35] sanguis effusus est. vt modicus qui ibi latebat riuulus de sanguine torrens effectus traxit cadauera mortuorum. Attila vero tamquam victus pannoniam redijt et maiorem exercitum colligens cum furore intrauit ytaliam. [36] et [37] primum aquileiam capiens omnes ciuitates occupauit. [38] Demum ad preces leonis sanctissimi pape. de ytalia exiens in pannonia moritur. In nocte vero mortis marcialis imperator. qui tunc constantinopoli fuit. vidit in sompnis arcum totyle fractum ex hoc intelligens ipsum esse mortuum. Valentinianus autem gener theodosij per eum [39] ad occidentales partes cesar missus. de consensu totius ytalie imperator efficitur. et [40] ex decreto theodosij augustus fuit appellatus. [41] VII. dormientes fratres sub decio tormentati cum declinantes tortorum seuiciam [40] in quadam spelunca se recepissent et ibidem post orationem obdormissent speluncam decius abstruxit. Tempore vero theodosij [41] diuinitus a sompno [42] excitati [43] surgunt et asserta fide resurrectionis [44] coram theodosio [45] imperatore quam quidam heretici tunc exorti negabant et iterum præsente theodosio et multis fidelibus [46] obdormierunt [47] in christo.

---

[24] ferro, fl. ([25] Hoc s. t. B. Augustinus. ([26] septuaginta sex . ([27] *addit*: Attila. ([28] Bela. ([29] *deest*. ([30] B. s. G. ([31] Conuenerunt in Aluernia. ([32] ita. ([33] *deest* ([34] *deest*.. ([35] tantusque. ([36] I. i. ([37] ac. ([38] »Demum — mortuum.« *desiderantur*. ([39] V. a. dudum per Theodosium. ([40] itemque. ([41] Augustus appellatur. *I. d. A.*: *450. Quæ adhuc sequuntur legit ed. Cæsar. superius in Chronologia Pontificum sub Leone I. Nota*: *46.* ([42] e. d. t. s. *desunt*. ([43] in spelunca præ timore reclusi Dormientes, ex tunc post sanctam orationem, quam speluncam Decius obstruxerat,. ([44] *addit*: tempore huius Leonis. ([45] *deest*.. ([46] nostræ *addit*. ([47] *addit*: de quo multum dubitabat, iterum ([48] imperatore — fidelibus« *desunt*. ([49] dormiunt.

Pontifices.

445.

YLarius 1 natione sardus [1] ex patre crispino. sedit. annis. VI. Mensibus. III. diebus. X. et cessauit. diebus. X. [2] hic constituit ut nullus pontifex successorem sibi constitueret. et fecit ad sanctum laurentium balneum et monasterium qui etiam ibidem sepultus est iuxta corpus eiusdem martyris. per idem tempus vt legitur in ystoria brittonensi. In brittania regnabat arrurus. [3] qui benignitate sua et probitate. [4] franciam. flandriam norwegiam. daciam. ceterasque marinas insulas sibi seruire coegit. In prœlio quoque letaliter wlneratus. secedens ad curandum wlnera in quandam insulam. Deinceps britonibus de uita eius vsque hodie nulla certitudo remansit. [5]

SYmplicius 1 natione tyburtinus ex patre castino sedit. annis. XV. Mense. I. diebus. VII. et cessauit diebus. VI. Hic vir beatissimus dedicauit ecclesiam sancti stephani iuxta basilicam sancti laurentij et basilicam sancte martyris biuiane [6] vbi corpus eius requieseit. cum IIII. Millibus et CC.VII. [7] sanctorum corporibus exceptis mulieribus et peruulis. [8] Hic constituit. ad sanctum petrum et ad sanctum paulum. vt. VII. presbyteri per ebdomadas manerent propter penitentes. et baptizantes et fecit. V. regiones presbyteris [9] diuidendas. primam [10] ad sanctum petrum. secundam ad sanctum paulum. terciam ad sanctum laurentium. quartam ad sanctum iohannem lateranensem. Quintam ad sanctam mariam maiorem. et constituit vt nullus clericus investituras a layco recipiat. Sepultus est in vaticano iuxta corpus beati petri. [11] Eodem [12] tempore fuit in brittania merlinus natus [13] ex filia regis sanctimoniali et incubo demone. [14] Nam mater regis demetie [15] filia inter monachas in ecclesia sancti petri degebat in vrbe kaermedui [16] quæ asseruit se nunquam virum cognouisse sed quidam in specie pulcherrima ipsam frequenter deosculans et euanescens et rursum apparens et eam amplectens grauidam reliquit et cum rex brittanie edificium mire magnitudinis construeret et nocte euanesceret. quod [18] die

---

([1] Hilarius n. S. ([2] e. c. d. decem. *desunt.* ([3] Arturus. ([4] b. e. p. s. ([5] *I. d. A.*: *470. addit*: SIMPLICIVS L. ([6] Bibianæ. ([7] ducentis et quinquaginta septem. ([8] p. e. m. ([9] *addit*: Vrbis. ([10] *addit*: Regionem. ([11] *addit*: Apostoli. ([12] Eo. ([13] Vates. ([14] *addit*: natus. *item in margine*: »videtur legendum: Nam vxor ipsius Regis Demercii vna cum filia.« ([15] N. m. ipsius Regis Dæmone. ([17] Vrbe Koermedin. ([18] *addit*: de.

edificabatur. ammirans. a magis [19] recepit responsum quod edificium non perficeret nisi calcina misceretur sanguine alicuius sine patre procreati. et cum per regnum talis quereretur merlinus puer. a quodam puero secum contendente talis notificatur et captus magos mentitos esse dixit. et ostendens [20] sub terra voraginem totum absorbentem [21] mortem euasit. [22]

486.

Felix III. natione romanus ex patre felice presbytero de regione fasciole [23] sedit. annis. VIII. Mensibus. XI. diebus. VII. [24] et cessauit. diebus. V. Hic fecit basilicam sancti agapiti iuxta basilicam sancti laurentij martyris. hic constituit ab episcopo ecclesias [25] consecrandas. [26] Huius tempore venit reuelatio [27] de gretia. petrum alexandrinum propter heresim dampnatum. ab acatio constantinopolitano episcopo reuoeatum quod sanctus felix grauiter accipiens. conuocato concilio dampnauit acatium et petrum. hic etiam duos episcopos quos propredicta causa in constantinopolim legatos direxit. quia [28] per imperatorem pecunia corrupti fuerant dampnauit. [29] Sepultus est in ecclesia sancti pauli.

Gelasius 1 natione afer. ex patre valerio sedit annis. IIII. Mensibus. IX. [30] et cessauit. diebus. VII. hic fecit orationes. tractus [31] ymnos sicut ambrosius et præfacionem misse composuit cottidianam. [32] Vere dignum et iustum est. [33] huius tempore inuenta est cripta sancti michahelis. [34] Inuenitur corpus barnabe [35] apostoli [36] et cum. eo ewangelium. quod propria manu in ebraico sanctus matheus scripserat. [37] Auitus episcopus viennensis galliam defendit. ab heresi arriana. [38]

498.

Anastasius 11 natione romanus ex patre fortunato sedit. anno. I. Mensibus. XI. diebus. XXIII. et cessauit. diebus. IIII. Hic consti-

---

([19] admirans, a Magis. ([20] *addit*: esse. ([21] t. a. *desunt in textu attamen supplentur in ora.* ([22] *I. d. A.*: *485. addit*: FELIX LI. ([23] d. R. Fasciolæ. ([24] d. octodecim, ([25] E. a. Episcopo esse. ([26] *addit*: Sepultus est in Basilica S. Pauli. ([27] relatio. ([28] qui. ([29] conuocato Concilio damnauit. *I. d. A.*: *493. addit*: GELASIVS LII ([30] mensibus octo, diebus viginti octo. ([31] *addit*; et. ([32] *deest.* ([33] *addit*: quotidiano vsui. ([34] facta est Inuentio Cryptæ S. Michaëlis. ([35] S. Barnabæ. ([36] *deest.* ([37] Hebraico S. Matthæus scripsit. ([38] *addit*: Alias Clodouens quicquid Galliarum sub iure Romanorum erat, transtulit ad ius Francorum. *I. d. A.*: *497. addit*: ANASTASIVS LIII.

tuit vt nullus clericus prætermitteret officium suum ira vel r-one [39] præter missam. [40] hic excommunicauit. anastasium imperatorem. Eo tempore multi clerici se contra papam erexerunt. eo quod communicasset fontino dyacono thes alonicensi. qui familiaris fuit achatij dampnati per ecclesiam. et quia achatium restituere voluit licet non potuerit. diuino iudicio percussus est. quia dum ad secreta nature secessit egerendo intestina miserabiliter vitam finiuit.

Imperatores.

451.

MArcianus 1 et valentinianus imperauerunt annis. VII. [1] Cuius initio imperij calcedonense concilium geritur. vbi euticem [2] cum dioscoro condempnatur. Huius anno [3] imperij VI. [4] theodericus rex gothorum cum ingenti exercitu yspaniam ingreditur. Sancta genouefa claret perisius. [5] Sub isto martirizantur. XI. Millia. virginum achiinis aput coloniam. [6] Iste marcianus aput constantinopolim [7] suorum contra ipsum conspiratione peremptus est. Tunc etiam ciuitas agrippina. et omnes ciuitates supra renum nec non perisius remis baluacen- ambianen- tygris [8] et pene omnes ciuitates gallie. achimis siue vandalis capte et destructe sunt. [9]

458.

LEo 1 imperauit [10] annis. XVII. Alexandria et egyptus errore dioscori heretici languens. in mundo [11] repleta spiritu canina rabie latrat. per idem tempus apparuit heresis ascephalorum [12] calcedononense concilium impugnantium. Hoc tempore leo omnes ymagines quas rome [13] inuenit. constantinopolim reportauit [14] ibique omnes incendit. Sub isto helizeus [15] transfertur alexandriam. et corpus sancti marci uenetias. Istius leonis tempore augustulus aput ytaliam imperij regnum inuasit. Sed odouacer [16] ruthenus guer cum ruthenis ueniens in ytaliam [17] capta ticino et omnino ferro et igne destructa. horrestem [18] captum in pla-

---

([39] rancore. ([40] *I. d. A.*: *500. Reliqua desunt a voce*: »hic—finiuit.« *addit*: SYMMACHVS LIV. ([1] Mart. e. V. annis i. septem. ([2] Eutyches. ([3] *addit*: etiam. ([4] sexto imperij. ([5] Parisijs. ([6] ab Hunnis apud C. ([7] *addit*: facta. ([8] Rhenum n. n. Parisiis, Rhemis, Beluacum, Ambianis: Tungris. ([9] ab Hunnis siue Wandalis captæ e. d. s. *I. d. A.*: *457. addit*: LEO PRIMVS L. ([10] Imperator. ([11] immunda. ([12] Acephalorum. ([13] in vrbe Roma. ([14] deportauit. ([15] Helisæus Propheta. ([16] Odonacer. ([17] r. g. a. r. v. i. y. *desunt*. ([18] igne ferroque d. Horestem.

cena [19] decollauit. Augustulus vero qui imperium præsumpserat occupare et XV. mensibus gubernasset tantum rem publicam [20] uidens quod odouacer [21] ruthenus [22] totam italiam occupasset. magno metu perterritus sponte purpuram abiciens [23] imperialem deposuit maiestatem. et sic odouacer [24] vrbem romanam ingressus tocius ytalie regnum habuit. quod cum per annos XIIII. [25] nullo inquietante gubernasset. ab orientis partibus adueniens gothorum rex theodericus [26] ytaliam possessurus intrauit. Hoc tempore [27] sanctus mammertus viennensis ecclesie [28] episcopus claruit qui tres dies rogationum ante ascensionem domini statuit ieiunari. [29] floruit etiam hijs temporibus prosper natione aquitanicus [30] beati leonis pape notarius. qui apud regnum ytalie factus episcopus doctrina et miraculis claruit. ibique honorifice requieuit [31] Hoc tempore agimundus rex lombardorum cum adhuc esset in pannonia cum suis. pueros. VII. iuxta piscinam aq-. quos quædam meretrix vno partu ediderat. et ad necandum proiecerat. casu reperit. Cumque scire vellet quid esset in equo sedens lancea quam gestabat reuolueret. vnus ex pueris hastam regis manu tenuit. Quod rex admirans magnum eum futurum pronuntians cum diligentia educari fecit. qui post propter miram probitatem in regem electus multa felicitate lombardos gubernauit.

475.

Zeno I imperauit annis. XVII. Hic constituit et [32] fecit leges plurimas. leonem augusti filium interficere querens. mater eius pro eo alium in figura eius [33] similem obtulit. ipsumque [34] leonem occulte clericum fecit. quique [35] in clericatu usque [36] ad tempora iustini uixit. [37] per idem tempus corpus beati barnabe apostoli et ewangelium mathei eius stilo [38] scriptum ipso reuelante repertum est. Iste zeno cum gothis fedus [39] pacis inijt. Theodericus puer a patre suo principe gothorum zenoni imperatori in [40] obsidem datur. qui theodericus cum XVIII.

([19] Placentiâ. ([20] *addit*: gubernasset. ([21] Odonacer. ([22] *deest.* ([23] abijciens. ([24] Odonacer. ([25] quatuordecim a. ([26] Theodoricus, *et sic deinceps undecies, ter cum nostro Codice congruenter legit.*. ([27] Per idem tempus. ([28] *deest.* ([29] ieiunare. ([30] *addit*: et. ([31] *I. d. A.*: *464. deinde spatium vacuum per decem annos. Reliqua exciderunt usque*: gubernauit. « *Pro anno*: *455. sic! addit*: ZENO LI. ([32] c. e. *desunt.* ([33] p. e., quod m. eius alium figurâ. ([34] cumque,. ([35] f. Clericum, qui. ([36] *deest.* ([37] vix. *in Cod. superscriptum.* ([38] Eu. Matth. e. stylo. ([39] foedus. ([40] in. *in Cod. superscriptum.*

annos habuisset. imperator zeno rei publice vtilitatem prospiciens. [41] misit illum cum gothis gente sua in ytaliam quam odouacer occupatam tenebat. Dum igitur [42] theodericus per bulgariam [43] in ytaliam peruenisset et post magnos labores non longe. ab aquileia in vberrimis pascuis se et suos recrearet. odouacer cum tocius ytalie uiribus ibidem ipsum inuadens contritus est penitus a theoderico. ita quod odouacer cum paucis romam fugiens. dum [44] a populo non fuisset permissus vrbem intrare. rauenne [45] se recepit. [46] post theodericus omnia quiete tenens. regis francorum filiam duxit in uxorem. Hijs temporibus [47] hinricus [48] rex affrice arriana heresi maculatus. plus quam. CCC[tis] episcopis ecclesias claudit. [49] et ipsos in exilium in sardiniam [50] misit. Eodem tempore rex saxonum post multa et dura bella totam insulam britanie possedit. [51] Eo tempore sanctus germanus altisiodorensis et lupus te cenus ad propalandam heresim pelagianam in britaniam per papam diriguntur. Eo tempore fulgentius claret fide et siencia.

498.

ANastasius .1. imperauit [52] annis. XXVI. huius tempore [53] transbamundus rex vandalorum. in affrica catholicas ecclesias [54] claudit. C.XX. episcopos in exilium sardaniam [55] mittit. [56] per idem tempus apud carthaginem [57] olympius quidam [58] episcopus arrianus sanctam trinitatem [59] in balneis blasphemans. tribus igneis iaculis angelo mittente invisibiliter est combustus. barrabas episcopus quidam [60] arrianus dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset. baptizat te barrabas [61] per filium in nomine patris et [62] spiritu sancto. statim aqua quæ fuerat ad baptizandum parata nusquam comparuit. quod aspiciens qui baptizandus erat abijt et iuxta morem baptismum suscepit. [63] Huic hormisda papa qui symacho [64] successerat legatos fideles [65] in constantinopolim dirigens monuit vt ab heresi arriana discederet. qui non

---

([41] i. z. r. p. v. p. *desunt.* ([42] ergo. ([43] *addit*: et Pannoniam. ([44] *addit*: propter portarum firmationem. ([45] Rauennam. ([46] *addit*: quam Theodoricus post trium annorum obsidionem pereinit: et Romam veniens, cum gaudio est receptus. ([47] *addit in margine*: Hunericus. ([48] Hurricus. ([49] clausit. ([50] Sardiniam. ([51] *J. Britannie p. I. d. A.*: *486. Remansit quinque annorum spatium vacuum. Quæ adhuc sequuntur* — Eo — siencia. *desunt. addit*: ANASTASIVS LII. ([52] *deest.* ([53] *addit in margine*: Thrasimundus. ([54] T. W. R. i. Africa E. C. ([55] exilio in Sardiniam. *corr. in marg.*: relegauit. ([56] misit. ([57] Carthagine. ([58] *deest.* ([59] A. E. s. ciuitatem. ([60] Barnabas quoque quidam E. ([61] Barnabas. ([62] in. ([63] m. fidei baptisatus est. ([64] Symmacho. ([65] solemnes.

solum legatos audire sed nec videre volens. subito [66] iudicio per ictum fulminis interijt. [67] Regnauitque tam infeliciter vt diuersorum hostium vallatus agminibus sepius gemens et merens. nullam suorum meruit audire vindictam inimicorum quia nec iura seruauit ecclesiarum sed hereticis fauens catholicos persecutus est.

Pontifices.

501.

Symachus .1. [1] natione sardus ex patre fortunato sedit. annis. XV. Mensibus. VIII. [2] et cessauit diebus VII. hic constituit omni die dominico et in natalicijs sanctorum. gloria in excelsis [3] canere et que secuntur post verba angeli addidit [4] eodem ymno. Sub contentione ordinatus est vna [5] die cum laurentio. Symachus in basilica constantiana. laurentius in basilica sancte marie maioris. ex qua causa separatus [6] clerus et populus diuisus est [7] a senatu. et facto rauenni [8] iudicio. coram theoderico rege. electus est symachus et confirmatus. Lodewicus [9] rex francorum a beato remigio baptizatur. qui et perisius [10] regalem ecclesiam. edificauit in honore [11] apostolorum petri et pauli. [12] boetius vir consularis [13] in ytalia claret [14] qui exiliatur a theoderico rege ytalie. ibique libros [15] de consolatione philosophie edidit. hoc tempore clarent sanctus remigius sanctus maxentius abbas sanctūs leodegarius. sanctus arnulphus. [16] Eo tempore sigismundus rex burgundie ad honorem beati mauricij sociorumque eius. apud agaumum [17] ibidem quiescentium. monasterium construxit. multis [18] possessionibus ditauit. [19] Papa symachus conuocata sinodo ex misericordia constituit prædictum laurentium nucherinum [20] episcopum. post paucos annos criminatur ex inuidia symachus per falsos testes. et occulte reuocatur laurentius et iterato diuissus est [21] clerus. quidam adherebant symacho quidam [22] laurentio. Sed conuocata synodo iterata. [23] CC$^{\text{torum}}$ XV. episcoporum. expurgatus [24] symachus de crimine falso [25] cum gloria restituitur laurentius cum suis condempnatur. [26]

([66]. *addit*: diuino. ([67]. *I. d. A.*: *498. remanente spatio vacuo octodecim annorum.* »Regnauitque — persecutus est.« *desunt*: *addit*: IVSTINVS LIII. ([1]. Symachus *et sic deinceps.* ([2]. m. septem, diebus viginti octo. ([3]. *addit*: Deo. ([4]. *addit*: in. ([5]. vno. ([6]. *addit*: est. ([7]. e. *excedit.* ([8]. Rauennæ. ([9]. Clodoueus. ([10]. Parisiis. ([11]. honorem. ([12]. *addit*: tunc S. Genouefæ. ([13]. Consultus. ([14]. floret. ([15]. *addit*: sibi. ([16]. *addit*: S. Genouefa ([17]. Agaunum. ([18]. *addit*: que. ([19]. Eodem tempore *addit.* ([20]. Nucerinum. ([21]. e d. ([22]. alij. ([23]. iterato. ([24]. expurgatur. ([25]. *addit*: et. ([26]. *I. d. A.*: *515. addit*: HORMISDA, LV.

516.

HOrmisda 1 natione campanus de ciuitate freselon. ex patre iusto sedit annis. IX. diebus. XVII. et cessauit. diebus. VI. hic psalmos composuit et clerum [27] erudiuit. et grecos reconciliauit qui obligati fuerant vinculo anathematis propter petrum alexandrinum episcopum. hic postquam elemosinas [28] multas pauperibus erogasset nec non basilicis diuersa ornamenta contulisset. apud sanctum petrum trabem argenteam. mille. XL. libris [29] relinquens ibidem sepultus quiescit. [30]

525.

IOhannes 11 natione tuschus. [31] sedit. [32] annis. II. Mensibus. VIII. diebus. XIII. [33] et cessauit. diebus. VIII. huius tempore francia conuertitur ad christum. Hunc theodericus [34] rex gothorum qui dominabatur in ytalia misit in [35] constantinopolim ad iustinum imperatorem sed reuersum cum socijs suis carcerali angustia peremit. Quod deus peruo post tempore [36] acriter puniuit. Nam post paucos dies rex est [37] exstinctus. cuius animam quidam sanctus heremita vidit per iohannem papam in ollam wlcani prohici. [38] obijt autem iohannes rauenne in carcere. cuius corpus translatum est romam et sepultum est in ecclesia sancti petri. [39]

527.

FElix IIII. natione [40] sauinus ex patre constantino sedit annis IIII. Mensibus II. diebus XIII. et cessauit. Mensibus I$^{1}/_{2}$. [41] hic constituit vt infirmi ante transitum suum oleo sancto [42] debeant inungi. Hic patriarcham constantinopolitanum excommunicauit. [43]

531.

BOnifacius II. natione romanus ex patre figmuldo. [44] sedit [45] annis II. diebus XXVI. [46] hic constituit vt clerici sint diuisi a laycis in celebratione misse. [47] sepultus est in ecclesia sancti petri. [48]

([27]. Hic Clerum. c. e. Psalmos. ([28]. eleemosynas. ([29]. librorum. ([30]. requiescit. *I. d. A.*: *524. addit:* IOANNES LVI. ([31]. Tuscus. *addit*: ex Patre Constantino. ([32]. deest. ([33]. d. XIII. *desunt.* ([34]. Theodoricus. ([35]. *deest:* ([36]. p. t. post. ([37]. e. R. ([38]. S. Eremita ..... Vulcani proijci. ([39]. *I. d. A.*: *526. addit*: FELIX VII. ([40]. *addit in marg.*: Samius. ([41]. et cessauit diebus quinque. ([42]. s. o. ([43]. *I. d. A.*: *530. addit*: BONIFACIVS II. LVIII. ([44]. B. H., n. R. e. P. Figunuldo. ([45]. sedet. ([46]. *addit*: et cessauit diebus quinque. ([47]. *addit*: Hic. ([48]. *I. d. A.*: *532. addit*: IOANNES II. LVIIII.

533.

IOhannes III. natione romanus ex patre proiecto de celio [49] monte sedit. annis II. Mensibus IIII. diebus VI. et cessauit diebus. VII. hic dampnauit anthemium arrianum episcopum. Maurus discipulus sancti benedicti [50] claret in gallia. [51]

536.

AGapitus I. [52] natione romanus de regione iohannis et pauli. sedit. Mensibus. XI. diebus XVIII. [53] Hic constituit processiones fieri [54] die domínico. hic ad iustinianum imperatorem [55] constantinopolim perueniens [56] defunctus est cuius corpus translatum romam in ecclesia [57] sancti petri sepultum. est. [58]

538.

SIluerius II. natione campanus ex patre hormisda episcopo romano sedit. anno. I. Mensibus. V. diebus. XI. hic in exilio interfectus est ab imperatore. Nam theoderica [59] imperatrix propter antemium [60] episcopum de heresi condempnatum quia ipsum restituere noluit misit in exilium in pontiam insulam ibique mortuus est. [61]

541.

UIgilius .I. natione romanus. ex patre iohanne. sedit annis. XVII. Mensibus. VI. diebus. XXVI. et cessauit. Mensibus. III. diebus. V. huius tempore belisarius patricius liberauit romam a captione gothorum. et obtulit sancto petro crucem auream de vandalorum [62] spolijs pensantem libras. C. [63] hic ordinauit missam celebrari in orientali parte ecclesie [64] Hunc quemadmodum et prædecessorem suum theodora imperatrix propter antemium episcopum [65] persecuta. [66] et de mandato ipsius ductus est in [67] constantinopolim. vbi cum nollet antemium episcopum hereticum [68] restituere. alapizatus [69] de ecclesia sancte sophie in quam fugerat extrahitur. et misso fune in collo [70] a mane in vesperam [71] per totam ciuitatem tinctus [72] in exilium missus moritur.

([49] J. H., n R e. P. P. de Cœlio. ([50] *addit*: sanctitate. ([51] *I. d. A.*: *535. addit*: AGAPITVS LX. ([52] Agapetus. ([53] sedit annis duobus, diebus octodecim. ([54] *addit*: in. ([55] *addit*: in. ([56] veniens. ([57] R. t. i. Basilica. ([58] B. Petri s. e. *I. d. A. 537. addit*: SILVERIVS LXI. ([59] Theodora. ([60] Anth. ([61] *I. d. A.*: *540. addit*: VIGILIVS LXII. ([62] Wand. ([63] *addit*: Moritur in exilio in ciuitate Syracusis. ([64] Ecclesia ab Orientali parte. ([65] *addit*: Constantinopolitanum. ([66] *addit*: est. ([67] *deest* ([68] H. E. ([69] alaphiz. ([70] collum. ([71] *addit*: tractus. ([72] p. t. c. t. *desunt*.

hoc tempore in vna urbe cecilie [73] constat theophilum archidiaconum exstitisse. qui christum et ipsius genitricem abnegando dyabolo homagium fecit. qui post per dyabolum. ad quod volebat promotus. ad cor rediens et cum fletu dura penitentia se affligens. mediante beata virgine Maria [74] veniam recuperauit et gratiam. [75] hic vigilius licet male papatum intrauit eo quod cupidus ad papatum cum esset siluerij pape. [76] archidiaconus propter ipsius consilium siluerius papa. ab imperatrice theodora in exilium [77] est relegatus vt ei in papatu succederet. quia [78] tamen de facto penituit. pro fide exilio relegatus ibidem feliciter [79] terminauit. huius tempore apud constantinopolim. V^ta. sinodus. congregata est sub iustiniano principe. contra theodorum [80] et omnes hereticos qui beatissimam virginem [81] mariam tantum hominem et non deum et hominem genuisse affirmabant. [82] hoc tempore sanctus medardus episcopus nomomen— obijt quem dotarius rex suessionis cum gloria sepeliuit. et sanctus remigius obijt. qui LXXII. annis remensem rexit ecclesiam.

Item de Imperatoribus.

518.

IVstinus .I. imperauit annis. IX. hic ardore fidei certabat vt hereticos dissiparet quod audiens theodericus arrianus rex [1] ytalie misit nuntios suos constantinopolim ad iustinum imperatorem mandans [2] nisi ecclesias hereticis restitueret ipse totam ytaliam deuastaret. post transimundum. [3] illericus [4] vandalorum [5] regnum suscepit. Qui sacramento a trans mundo astrictus. ne catholicis in regno suo consuleretur. [6] antequam regnum susciperet episcopos ab exilio reuocavit et ecclesias reformauit. Hic iustinus christianissimus imperator statuit vt vbique ecclesiæ hereticorum catholica [7] religione consecrarentur. Quod cum in ytalia rex theodericus [8] arriana heresi pollutus audisset iohannem papam et alios viros consulares in constantinopolim dirigens comminatus est quod nisi arrianis ecclesias restitueret omnes christianos per ytaliam perimeret gladio. [9] Qui a iustino honorifice recepti. ad preces pape et nunciorum compatiens neci christianorum. de ecclesijs arriano-

---

([73]· Vrbe Ciliciæ. ([74]· B. M. V. ([75]· v. e. g. r. ([76]· Syluer. P. *ita pluries*. ([77]· T. exilio. ([78]· qui. ([79]· *addit*: vitam. ([80]· Theodoram. ([81]· *deest*. ([82]· *I. d. A.*: 557. »hoc'— ecclesiam« *desunt. addit*: PELAGIVS LXIII. ([1]· Theodo. R. A. ([2]· *addit*: quod. ([3]· Transmundus *addit in marg.*: Illyricus. ([4]· Illericum. ([5]· W. ([6]· consuleret. ([7]· Christiana. ([8]· *addit*: Gothus. ([9]· g. p.

rum supersedit. dum vero hij in itinere demorarentur. theodericus rabie iniquitatis stimulatus. boetium [10] senatorem quem prius exilio relegauerat. et alios viros catholicos gladio trucidauit. Johannem vero papam cum hijs cum [11] quibus fuerat profectus. postquam redierant in rauennam [12] ad ipsum carcerali angustia peremit. Sed hanc ipsius crudelitatem mox animadverso divina [13] vltio [14] est secuta. Nam. LXXXX°. [15] die post hoc factum [16] subita morte defunctus est. Cuius animam quidam vir sanctus heremita. vidit per iohannem papam in ollam wlcani proici. [17] Ad hunc iustinum christianissimum misit hormisda venerabilis papa in constantinopolim sanctum germanum capuanum episcopum cum multis alijs personis. pro reuocatione episcoporum quos anastasius perfidus eiecerat. quos nuntios cum grandi leticia christianissimus [18] imperator suscepit. Eodem tempore beata brigida obijt in schotia. [19] Circa hoc tempus hyldericus rex francie propter insolentem et luxuriosam vitam de regno expulsus a suis. VIII. annis mansit apud basinum regem thuringorum. Quo reuocato in suum dominium basiam uxorem regis basini relicto viro suo secuta est hydericum qui accipiens ipsam in uxorem genuit ex ea clodeucum. Qui post baptizatus per sanctum remigium christianissimus effectus est et sanctorum numero aggregatus. Hoc tempore omnis pulchritudo antiochene ciuitatis per terre motum exterminata est.

525.

IUstinianus I. imperauit annis XXX^a. VIII. Hunc imperatorem agapitus [20] vir dei. reuocauit ab errore euticetis [21] hic leges condidit et consummauit libros. scilicet. [22] codicem et digestum. Belisarius patricius mirabiliter de persis trihumphauit. [23] qui de iudea a iustiniano missus ad affricam vandalorum [24] gentem deleuit. hoc tempore obsessa est roma a gothis vno anno in circuitu. sed liberata est ab helisario patricio. [25] Arator romane ecclesie subdiaconus poeta mirabilis. qui actus apostolorum metrice composuit. claret. Floret etiam [26] priscianus grammaticus hic iustinianus abreuiauit [27] leges romanorum.

([10]. Boëthium. ([11]. *deest.* ([12]. posteaquam redierunt Rauennam. ([13]. animadnersio. ([14]. *deest.* ([15]. nonagesima. ([16]. facinus ([17]. Vulcani proijci. ([18]. Clementissimus. ([19]. Scotia. *I. d. A.*: *526.* »Circa - exterminata est« *desunt. addit*: IVSTINIANVS LIV. ([20]. *addit*: Papa. ([21]. Eutychis. ([22]. *deest.* ([23]. triumphauit. ([24]. W. *ita pluries.* ([25]. a Belisario P. ([26]. *deest.* ([27]. abbreniauit.

Hijs [28] temporibus facta est mortalitas apud constantinopolim. qua de causa constituta est sollempnitas purificationis beatæ Marie. que dicitur ypapanti [29] domini. [30] ypantese [31] grece. latine [32] obuiare. Hijs temporibus apud montem cassinum post solitariam et artam [33] vitam in cenobio [34] monastico sanctus degebat benedictus. [35] Huius iustiniani temporibus res publica est multum prosperata [36] tam in oriente quam in occidente. Nam licet ipse esset circa libros et leges intentus. per patricium tamen belisarium nomine quem ad bella constituit prospere vbique gessit. Nam postquam persas incredibili victoria vicit. transiuit in affricam contra uandalos et ipsis victis. romano subiecit imperio. [37] transiuitque [38] in [39] ytaliam contra gothos qui [40] etiam romam occupauerant. Transiensque per sciciliam [41] venit neapolim. sed quia ciues qui intus erant propter gothos [42] eum recipere noluerunt. ipsam paucis diebus oppugnans cepit. qui non solum in gothos acriter deseuit [43] sed etiam in ciues. nulli enim etati vel sexui parcere voluit. monasteriorum clericorum atque [44] aliarum ecclesiarum bona diripuit. Tandem cum ad urbem romanam appropinquaret. gothi qui intus fuerant nocturno tempore dimissis portis vrbis apertis versus rauennam fugerunt. ibique se congregantes bello campemtri [45] omnes victi fuerunt. bellisarius vero patricius [46] victoria habita ad iustianum in [47] constantinopolim redijt. regem gothorum secum aducendo [48] captum [49] hisdem [50] temporibus tanta fames fuit per totam ytaliam. quod matres carnes puerorum suorum comedebant. Eo [51] tempore floret cassiodorus rauenne senator. postea monachus ornatus sciencia et eloquio. hoc etiam tempore. sanctus erculanus [52] perusinus episcopus. a rege gothorum capite truncatu. [53] Hic [54] iustinianus. postquam mirificum templum in constantinopoli ad [55] hon [56] honorem [57] sancte sophye. I. [58] christi. exstruxit ibidem in multa pace defunctus sepelitur. [59] huius

---

([28] Huius. ([29] Hypante. ([30] dum. ([31] Hypantein. ([32] *addit*: dicitur. ([33] arctam. ([34] Cœnobio. ([35] Benedictus d. ([36] m. p. e. ([37] R. i. subiugauit. *addit in marg.*: transiuit. ([38] Transtulitque. ([39] *deest.* ([40] *addit*: eam, et. ([41] Siciliam. ([42] p. G., q. i. e. ([43] desævijt. ([44] atque Cl. et. ([45] campestri. ([46] Belis v. Pntr. ([47] Justinianum. ([48] adducendo. ([49] *deest.* ([50] Iisdem. ([51] Eodem. ([52] S. Herculanus. ([53] truncato moritur. *Litera finalis in nostro Cod. erasa.* ([54] *addit*: etiam. ([56] *h. syllaba vix legibilis in agglutinato membranæ segmento a prima manu.* ([57] honore. ([58] S. Sophiæ et. ([59] *I. d. A.*: *544. spatium vacuum per 20 annos protenditur. addit*: IVSTINVS LV. *omnissis*: »huius tempore — peremerat.«

tempore iudei cum sarracenis adunati omnes christianos cesaree palestine ciuitatis interfecerunt. Quod audiens imperator. ad amantium quendam mittens in palestinam grauem sumpsit oltionem. Hijs temp— construitor monasterium sancti mauricij sociorumque eius a sigismundo rege burgundie pro nece filij sui. quem de consilio nouerce peremerat.

Pontifices.

558.

PElagius .I. natione romanus. ex patre iohanne. sedit. annis. IIII Mensibus. X. diebus. XXVI. [1] Hic constituit ut heretici vel scismatici seculari potestate [2] punirentur. hoc tempore beatus brandanus in scotcia [3] clarus habetur. [4] Iste papa culpatus fuit de morte vigilij pape. sed coram omni populo tangendo crucem et ewangelium se purgauit. huius tempore ossa prothomartyris stephani romam sunt delata. et in tumba sancti laurentij collocata.

561.

IOhannes III. natione romanus ex patre anastasio. sedit. annis. XII. Mensibus. XII. [5] et cessauit episcopatus. [6] Mensibus. X. diebus. III. hic recuperauit et restaurauit cimiteria martyrum. [7] Hijs temporibus fortunatus poeta vir egregius et ingenio clarus. de ytalia thuronis [8] veniens gesta beati martini episcopi [9] conscripsit. et demum in pictauiensem [10] episcopum est ordinatus. Eodem tempore beatus maurus sancti benedicti discipulus qui de ytalia gallias venerat post laudabilem vitam monasticam. migrauit ad christum et prope perisius [11] quiescit tumulatus. [12] hoc tempore ante aduentum lombardorum in ytaliam ignee acies in celo vise sunt. de quibus scribit beatus gregorius in omelijs. Erunt signa in sole. Iohannes vero papa postquam perfecit in vrbe ecclesiam apostolorum philippi et iacobi et dedicauit eam. sepultus est in ecclesia beati petri. Circa hec tempora sanctus germanus perisiensis episcopus claruit. qui cum egrotaret iussit ex opposito sui in muro sculpi. V. kalendas maij. cuius sculpture causam post mortem ipsius quæ tali die euenit. constitit sibi diuinitus fuisse reue-

---

([1] d. octodecim. ([2] per sæculares potestates. ([3] Scotia. ([4] *I. d. A. 561.* »Iste—collocata.« *desunt. addit*: IOANNES LXVI. ([5] m. undecim. *addit*: diebus viginti septem. ([6] *deest.* ([7] Coem. SS. M. ([8] J. Turonis. ([9] *deest.* ([10] Pictauensem. ([11] Parisios. ([12] *I. d. A. 568. sequentibus quatuor vacuis. addit*: BENEDICTVS LXV. »hoc tempore — pratis.« *desiderantur.*

latum. sepultusque est in ecclesia quæ usque hodie dicitur ad sanctum germanum de pratis.

574.

BEnedictus 1. natione romanus. ex patre bonifatio. sedit. annis IIII. Mense .I. diebus. XVIII. [13] huius tempore logobardi [14] inuaserunt totam ytaliam comitante multa fame. et mortalitate in quibus laboribus [15] idem benedictus papa mortuus est. et sepultus apud. sanctum. petrum. [16]

580.

PElagius 11. natione romanus sedit. annis. X. Mensibus. VI. diebus. XXV. [17] Hic ordinatus fuit absque iussione principis. [18] Eodem tempore longobardi obsederunt [19] romam. multa vastatio ab eis in ytalia fuit. hoc [20] tempore tante pluuie fuerunt quod omnino dicerent ut [21] diluuium inundaret et talis clades fuit qualem a seculo nullus [22] meminit. [23] Ab hoc papa [24] beatus gregorius. in [25] constantinopolim apocrisarius directus. ortatu leandri yspalensis episcopi. [26] libros moralium in iob composuit. [27] Cum uero tyberis ex prædictarum pluuiarum abundantia in tantum inundasset. ut super muros vrbis ingrediens magnam partem regionis occuparet secum trahens innumeram multitudinem bestiarum maxime serpentium. cum vno ingenti dracone. que bestie post diluuium putrefacte ex aeris corruptione maximam mortalitatem hominum induxerunt. ita vt multe domus in vrbe vacue remanerent. ex qua clade et pelagius papa est defunctus.

591.

GRegorius 1. doctor natione romanus ex patre gordiano [28] sedit annis. XIII. Mensibus VI. diebus X. cepit IIII°. idus. marcij. et cessauit. episcopatus. Mensibus. VI. [29] et [30] diebus. XVI. hic doctor diuinarum scripturarum sollertissimus. inquisitor mansuetus. hic composuit omelias. [31] numero XL. Job. [32] Ezechielem. [33] reistrum pastoralem.

([13]. *addit*: et cessauit mensibus tribus, diebus decem. ([14]. Longobardi. ([15]. *addit*: et afflictionibus. ([16]. s. in Basilica S. Petri. *I. d. A.*: *577. relictis duobus annis. vacuis. addit*: PELAGIVS LXVI. ([17]. m. duobus, diebus decem. *addit*: Et cessauit mensibus sex, diebus viginti sex. ([18]. P. ([19]. obsiderunt R. ([20]. Eo. ([21]. quod. ([22]. n. a. sæc. ([23]. *addit*: audiuisse. ([24]. p. *deest*. ([25]. *deest*. ([26]. hortatu L. Hisp. E. ([26]. *I. d. A.*: *587. tribus sequentibus vacuis relictis.* »Cum uero — defunctus.« *desunt. addit*: GREGORIVS LXVII. ([26]. e. p. g. *desunt*. ([29]. m. quinque. ([30]. et *deest*. ([31]. Homilias. ([32]. *addit*: et. ([33]. *addit*: exposuit.

dyalogon. [34] et multa alia fecit bona. [35] Hic etiam [36] in propria domo fecit monasterium. merito terrestris angelus vocatur. quia celestem vitam duxit in terris. In singulis ecclesijs romane [37] vrbis. in remissionem humani generis. singulis diebus XL^or^ statuit [38] fieri stationes deuotioni fidelium celebrandas. Et ne erroris antiqui semen decetero pupularet. ymaginibus demonum [39] capita et membra fecit generaliter amputare. [40] vt per hoc exstirpata radice heretice prauitatis palma ecclesiastice veritatis plenius exaltaretur. et addidit in missa diesque nostros in tua pace disponas [41] et composuit multos. libros et fecit supra corpora apostolorum petri et pauli iugiter celebrari a papa sive a cardinalibus et [42] constituit per septiformem letaniam placari [43] iram dei. Septiformis autem ideo dicta est. quia in primo choro fuit omnis clerus. In secundo [44] abbates cum monachis. In tercio [45] abbatisse cum congregationibus suis. [46] In quarto omnes infantes. in quinto omnes layci. In VI^or^ omnes [47] vidue. In VII^or^ omnes coniugate. Hic primus pontificum seruum seruorum [48] se scripsit. [49] Et licet vita et sciencia fuerit præclarus. multos tamen. maxime post mortem habuit detractores. adeo vt per detestationem ipsius et memorie deletionem omnes libri sui debebant comburi. nisi petrus eius dyaconus. per spiritum sanctum quem in specie columbe super ipsum sedisse. libros ipsos conscripsisse iuramento et mortis sue quem prædixit termino scilicet legendo ewangelium in pulpito confirmasset.

Imperatores.

566.

IVstinus II. imperauit annnis. XI. Narces patricius [1] postquam iustino augusto regem gothorum in ytalia superauit. sophye auguste iustini

---

([34] Registrum Pastoralem, Dialogum. ([35] b. f. ([36] *deest.* ([37] Ecclesiæ Romanæ. ([38] quadragesimæ constituit. ([39] de cæterro pullularet, imaginibus Dæmonum. ([40] amputari. ([41] DIESQVE NOSTROS IN TVA PACE DISPONAS. ([42] Hic. ([43] Litaniam placare. ([44] *addit*: omnes ([45] *addit*: omnes. ([46] *deest.* ([47] uniuersæ. ([48] SERVVS SERVORVM DEI. ([49] *I. d. A.*: *600. Reliqua*: »Et licet — confirmasset« *desunt. addit*: »Quod sequitur paulo minutiore charactere, verum eadem manu scriptum est, idque separatim.

Vnde habentur versus apud gloss. I. q. 7. c. Quoties.

Seruierant tibi Roma prius Domini Dominorum
Seruorum Serui nunc tibi sunt Domini.
Roma vetusta fuit, sed nunc noua Roma vocatur,
Eruta ruderibus culmen ad astra fero. *I. d. A. 603. addit*: SABINIANVS LXVIII. ([1] Narces Patritius.

coniugis. minis perterritus ad longobardos se mutauit. eos [2] in ytaliam introduxit. Nam cum gens lombardorum habitaret in pannonia narces cum [3] albura [4] qui tunc fuit rex ipsorum et cum rothorio [5] successore ipsius sunt sic facti [6] amici quasi essent germani. et inierunt consilium quo [7] regnum ytalicum a iustino imperatore et eius successoribus eripere possent. [8] quod et [9] factum est. et absolutum est regnum [10] ytalie habitatio lombardorum. qui mediolano. tycino. brixio et pergamo [11] depopulatis ibidem [12] habitare ceperunt. Post rotharium [13] regnauit gisulfus. et herberectus herberecto [14] successit rex lombardus [15] lombardo successit [16] grimaldus. [17] et illius [18] filius romualdus. samnitibus imperauit. Illis [19] temporibus lombardi [20] colebant ydola sicut arbores et etiam more bestiali symulacrum vippere [21] a quo errore vir sanctus barbarus episcopus beneuentanus [22] ipsos retraxit. Nam et arborem quam colebant succidit. et symulacrum vipere in aureum [23] calicem commutauit. post in longobardorum regno successit arstulphus [24] rex. contra quem venit pipinus rex [25] ex francia vocatus per papam sicut ostenditur ubi agitur de pipino. [26] Istius romualdi temporibus corpus beati bartholomei de indya [27] primo peruenit in insulam lipparim. post in beneuentum [28] translatum est. huius [29] tempore armeni fidem christianam [30] receperunt Eo tempore lombardi comam capitis tondebant et hoc a ceruice usque ad occipicium. [31] radens [32] nudabant capillos a facie vsque ad os dimissos. habebant. vestimenta eis erant larga et longa. et maxime linea qualia frisones habere solent. Calige vero erant eis [33] dependentes vsque ad poblitem. [34] laqueis corrigiarum hinc inde legatis. [35] Iustinus vero imperator qui fuit vir catholicus. in maiori pace dies suos finiuisset. si ad consilium vxoris sue narcentium patricium non turbasset ex omni enim parte bella

---

([2]· contulit, eosque. ([3]. Narses cum *addit in ora*: Arbure. ([4]· Alburæa. ([5]· Rotario. ([6]· s. f. s. ([7]· quomodo. ([8]· p. e. ([9]· *deest*. ([10]· *addit*: Italicum a iugo Constantinopolitano. Et ab illo tempore Romani per Patritios cœperunt dominari. Et factum est regnum. ([11]· Ticino, Brixiâ, Pergamo. ([12]· *addit*: prius. ([13]. Rotarium. ([14]· Gisulphus et Erberectus. Cui E. ([15]· Lubrandus et L. ([16]· *addit*: Rex. ([17]· Guimandus. ([18]· ejus. ([19]· imperabat. Istis. ([20]· *addit*: licet essent baptisati, nihilominus. ([21]· si .. viperæ. ([22]· Barbatus nomine Beneuentinus Episcopus. ([23]· sim. v. a. i. ([24]· Astulphus. ([25]· R. Pepinus. ([26]· Pepino. ([27]· India. ([28]· Liparim, post B. ([29]· Huius modi ([30]· Ch. f. ([31]· *addit*: Nam ceruicem usque ad occipitium. ([32]· radentes. ([33]· *deest*. ([34]· pollicem. ([35]· ligatæ. *I. d. A.*: 577. »Justinus vero — recesserat« *desunt*. *addit*: LIBERIVS LVI.

iustino insurrexerunt. postquam narces qui multum timebatur ab eo recesserat.

568.

LIberius I. imperauit annis. VII. Tempore huius lombardi ytaliam magna manu ceperunt. et depopulati sunt eam Gothi qui erant pagani et heretici. facti sunt christiani. Hic christianissimus et in pauperes pijssimus thesauros pallatij pauperibus erogabat. et cum ipsum augusta eo [36] quod omnes thesauros pauperibus erogaret tamquam [37] dissipatorem [38] reipublice argueret respondit confido in domino quod fisco nostro non deerit pecunia. si de hijs quæ dominus nobis contulit ele mosinas [39] faciendo thesauros conquiramus in celo. [40] et cum transiret. per quoddam pallatium imperiale. vidit in pauimento tabulam marmoream. in qua erat crux sculpta. [41] Cumque illam tabulam fecisset leuari. dicens. indignum crucem pedibus conculcari quæ in frontibus et pectoribus [42] debet esse. apparuit sub illa tabula alia [43] eodem modo cruce sculpta. Cumque et illam leuari fecisset apparuit tercia tabula consimilis. et cum [44] imperator ammirando illam leuari fecisset inuenit thesaurum. [45]

586.

MAuricius imperauit annis. XX. Eodem [45-a.] tempore sanctus gregorius insignis habetur [45-b.] Hic fuit vir fide catholicus. et rei publice satis vtilis. qui persas [46] armeniam. proeliis incendijs captiuitate hominum primo anno imperij sui [47] per præfectum suum debellauit. Huius tempore beatus gregorius. archidyaconus in papam eligitur. et ipse imperialibus litteris suum affirmauit [48] assensum. assates aduersus romanos dimicantes auro magis quam ferro pelluntur. [49] Eo tempore in saphat [50] non longe ab ierusalem tunica domini [51] inconsutilis [52] inventa est ab episcopis gregorio. anthioceno [53] thoma iherosolimitano. [54] et [55] in archa marmorea [56] delata est in ierusalem. Anno.

([36.] *superscriptum a prima manu in C.* ([37.] *addit in ora*: dissipatorem. ([38.] dispensatorem. ([39.] n. D. contulerit, eleemosynas. ([40.] c. i. c. th. ([41.] *in margine adnotat*: B. Gregorius Turonensis histor. Francor. lib. 8. c. 19. ([42.] q. i. p. et fr. hominum. ([43.] *deest.* ([44.] *superscriptum in Cod. ab ead. manu.* ([45.] adm. et i. l. f. i. infinitum thesaurum. *I. d. A.*: *584. addit*: MAVRITIVS LVII. ([45a.] Eo. ([45b.] *addit in ora*: Arsaces. *dein prosequitur in textu*: »Assathes aduersus — pelluntur.« ([46.] *addit*: et. ([47.] Imperij eius a. ([48.] firmauit. ([49.] a. a. — f. p. *desunt. h. l.* ([50.] Saphet. ([51.] *addit in marg.*: inconsutilis. ([52.] inconsumptilis. ([53.] Antiocheno. ([54.] Jerosolymitano. ([55.] *addit*: ab alijs. ([56.] arca m. et.

XIIII. mauricij. beatus gregorius. misit in angliam augustinum monachum. pro conuersione saxonum. qui denuo [57] britaniam intrauerant. Nam britones remanserant ab eleuterio papa diu ante christiani. [58] Tandem imperator mauricius cum papa gregorio. [59] discordabat plurimum adeo vt post multas detractiones quas ipse [60] pape faciebat. etiam [61] mortem sibi [62] minaretur. apparuit autem tunc rome [63] quidam vir in habitu monastico [64] enaginatum gladium habens. [65] per ciuitatem transeundo clamauit. [66] eodem anno mauricium [67] perimendum. Quod imperator percipiens de malis suis penitens. per se et per alios deum adorauit. [68] vt hanc sententiam retractaret. Hijs gestis audiuit in sompnijs [69] vocem dicentem. vis vt hic aut in futuro iudicio tibi parcam? et imperator respondit amator miserorum deus hic mihi redde malum meum vt in futuro parcas. Post mauricius in oriente constitutus cum milites suos a rapinis et furtis [70] cohiberet. nec tamen eis stipendia consueta daret. milites prouocati. focam [71] super se contra mauricium in cesarem creauerunt. Quo audito mauricius in insulam quandam fugit. ibique cum vxore et duobus filijs per focam peremptus [72] est. Hic primus ex grecorum gente romano præcedit imperio. [73] huius tempore. apud daemium mulier peperit infantem sine oculis sine brachijs et manibus. a lumbis autem erat in cauda piscis. In nylo etiam flumine apud insulam deltani. syrene in specie viri et mulieris. ab exercitu romano vise sunt a mane vsque ad meridiem. hoc tempore iohannes alexandrinus episcopus claruit. qui ob eximiam quam habuit in christi pauperes pietatem dictus est iohannes elemosinarius.

Pontifices.

604.

SAuinianus 1 sedit anno. I. Mensibus. V. diebus. IX. et cessauit Mensibus. XI. [1] hic constituit vt hore diei per ecclesias [2] pulsarentur. [3] hic cum beato gregorio pape [4] post mortem derogaret et maxime ipsius liberalitati et propter hoc egenis manum adiutricem subtraheret. sanctus gregorius. ipsum. ter. per uisum pro culpa redarguens et quarto

---

([57] de nouo. ([58] N. B. diu ante Ch. fuerunt. ([59] cum B. Gr. P. ([60] *deest.* ([61] *addit in ora*: ei. ([62] s. m. ([63] R. t. ([64] M. h. ([65] h. g. ([66] clamans. ([67] M. e. a. ([68] orauit. ([69] somno. ([70] f. e. r. ([71] Phocam. *ita deinceps.* ([72] interemptus. ([73] Romanum possedit Imperium. *I. d. A.*: *602. Reliqua* »huius tempore — elemosinarius.« *exciderunt addit*: PHOCAS LVIII. ([1] *addit*: et diebus viginti vno. ([2] *addit in ora*: pulsarentur. ([3] psallerentur. ([4] Papa.

cum se corrigere nollet [5] in capite percussit. quo tactu etiam euigilans vexatus in capite exspirauit. [6]

605.

BOnifacius III. natione romanus. sedit. Mensibus. IX. [7] hic constituit vt [8] nitidus [9] pannus super altare poneretur. [10]

607.

BOnifacius [11] IIII. natione marsorum de ciuitate valeria. ex patre iohanne [12] medico. [13] sedit. annis. VI. Mensibus. VIII. diebus. XII. et eessauit mensibus. VII. diebus. XXV. Hic obtinuit ab augusto foca. [14] vt ecclesia beati petri apostoli caput esset omnium ecclesiarum. quia constantinopolitana se primam omnium ecclesiarum scribebat. [15] Iste bonifatius [16] impetrauit a foca. vt donaret ei templum vbi a demonibus multotiens percutiebantur christiani [17] ita mirabiliter dedicatum. ad honorem sybeles [18] matris deorum et neptuni dei marini. [19] quod cesar [20] concessit. Et ipse papa [21] dedicauit illud in die kalendarum nouembrium. [22] et statuit vt illo [23] die pontifex romanus [24] ibi celebraret [25] missam. et populus communicet [26] sicut in die natalis domini. et [27] omnes sancti cum virgine matre sancta [28] maria et [29] celestibus spiritibus veneraretur. [30] et omnis populus christianus festiuitatem habeant per ecclesias tocius mundi. et [31] defuncti [32] habeant [33] sacrificium sequenti die propter redemtionem animarum. [34] et hoc templum vocatur ad sanctam mariam rotundam.

([5] n. c. ([6] expirauit. *I. d. A.*: *605. addit*: BONIFACIVS LXIX. ([7] octo, diebus viginti octo. ([8] *corr. in ora*: nitidus. ([9] viridus. ([10] *I. d. A.*: *606. addit*: BONIFACIVS III. LXX. ([11] B IV. ([12] Ioanne *addit in marg.*: Medico. ([13] Mendico. ([14] *addit*: Imperatore. ([15] P. o. E. se s. ([16] *addit*: Papa et Christiani templum, quod dicitur S. Maria rotunda, ibi multotiens a Dæmonibus percutiebantur Christiani, rogauit Imperatorem Phocam, vt condonaret ei hoc templum: ([17] »impetrauit — christiani« *desunt*. ([18] Cybeles. ([19] *addit*: in Calend. Nouembrium, vt ipse posset dedicare illud ad honorem B. Mariæ Virginis, et omnium Sanctorum, ([20] *addit*: ei. ([21] *addit*: cum Romano populo. ([22] i. d. K. N. illud d. ([23] in isto. ([24] R. P. ([25] c. i. ([26] accipiat Corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi. ([27] *addit*: in isto die. ([28] Christi. ([29] *deest addit*: habeant festiuitatem cum omnibus. ([30] *deest*. ([31] f. h. p. e. t. m. e. *desunt. h. l.* ([32] *addit*: vero. ([33] *addit*: per Ecclesiam totius mundi. ([34] pro Redemptione animarum. *I. d. A.*: *612. addit*: DEVS DEDIT LXXI. »et hoc — rotundam« *desunt*.

613.

Deusdedit 1 natione romanus. ex patre stephano subdyacono sedit. annis. III. diebus. XX. et cessauit Mense. I$^1/_2$. [35] hic dum quendam leprosum oscularetur [36] statim mundatus est.

616.

BOnifacius V. natione campanus de ciuitate neapoli sedit annis. V. diebus. XIII. et cessauit. III$^1/_2$. Mensibus. [37] hic constituit vt fures ecclesiarum essent anathematizandi. et vt testimonium valeret principis iussione. et acolitus reliquias martyrum non audeat leuare. [38] sepultus. est apud. sanctum. petrum.

621.

HOnorius 1 natione campanus ex patre petromocorsi. [39] sedit. annis. XII. Mensibus. XI. diebus. XVII. et cessauit Mensibus VII. diebus. XVIII. Hic constituit vt in omni sabbato ad sanctum petrum procederent letanie. [40] hic etiam clerum salubriter erudiuit. ac super elemosinas quas cottidie [41] pauperibus erogabat. [42] larga manu. multas ecclesias auro et argento [43] decorauit. Hic etiam [44] sepultus est apud sanctum petrum. [45] hoc tempore anastasius monachus martyrio coronatur. qui natus in perside magicas artes puer a patre didicit. sed mox ut a captiuis christianis nomen christi didicit iherosolimam petens. post baptismum monachus efficitur. tandem a sarracenis captus diuersis et grauissimis penis interimitur. Mox quidam demoniachus eius tunica indutus curatus est cuius corpus eraclius imperator deuictis persis deducens romam. in monasterio sancti pauli ad aquas saluias collocauit. Hic etiam papa ecclesiam beati petri apostoli auro argentoque splendide decorauit. et eam tabulis ereis per totum cooperuit. fecit etiam ecclesiam beate agnetis vbi requiescit et beati pancratij via aurelij. et IIII^{or} coronatorum. sepultus. que est in ecclesia. sancti petri.

([35] mensibus tribus et diebus sexdecim. ([36] h. d. q. o. l. *extant in margine.* Hunc d. quidam o. Leprosus statim a lepra mundatus est *textus habet. I. d. A.*: *615. addit*: BONIFACIVS LXXII; ([37] m. sex, diebus sexdecim. ([38] *I. d. A.*: *621.* »sepultus — petrum« *desunt. addit*: HONORIVS LXXIII. ([39] Petrino Moeorsi. ([40] Litaniæ. ([41] Eleem. q. quotid. ([42] distribuebat. ([43] argentoque. ([44] *deest.* ([45] *I. d. A.*: *628.* »hoc tempore — sancti petri *desunt*, *remanente per sex annos vacuo spatio. addit*: SEVERINVS LXXIV.

633.

SEuerinus 1 natione romanus ex patre abieno sedit anno. I. et cessauit. Mensibus. V. [46] hic pontifex sanctus et benignus fuit. amator cleri et pauperum. res ecclesiarum et possessiones [47] ampliauit. sepultusque [48] est apud sanctum petrum. [49]

636.

JOhannes [50] 1111. natione [51] dalmatia [52] ex patre [53] venatio scolastico [54] sedit anno. I. Mensibus. IX. diebus. XVIII. et cessauit. Mensibus. [55] I½. [56] hic thesauris ecclesie distractis multa milia [57] hominum per ystriam [58] et dalmatiam a seruitute redemit. [59] hic anastasij et vincentij martyrum et aliorum sanctorum quorum reliquias de ystria et dalmatia adduci præceperat iuxta fontem lateranensem. in oratorio sancti iohannis ewangeliste recondidit. Sepultusque est apud sanctum petrum. [60]

641.

THeodorus ſ natione grecus ex patre theodoro episcopo iherosolimitano. [61] sedit. annis. VI. Mensibus. V. diebus. VIII. et cessauit diebus. LII. [62] Hic librum penitentialem composuit. Huius tempore paulus constantinopolitanus episcopus [63] pirri [64] successor non tantum vesana sua doctrina. sed etiam aperta persecutione catholicos cruciat apocrisarios [65] romane ecclesie qui ad eius correctionem missi fuerant quosdam carceribus quosdam vero verberibus effecit. vnde et ipsum sicut et [66] antecessorem suum papa dampnauit. [67]

647.

MArtinus ſ de ciuitate tudertina [68] prouincie thuscie sedit annis. VI. Mense I. diebus XXVI. [69] et cessauit Mense I. [70] Hic dum celebraret missam spatlarius [71] olimpij missus est ad occidendum eum

---

([46] m. quatuor, et diebus viginti octo. ([47] r. et p. E. ([48] Sepultus. ([49] *I. d. A.*: *635. addit*: JOANNES IV. LXXV. ([50] Joannes IV. ([51] *addit in ora*: Dalmatiæ. ([52] Dalmata. ([53] *addit in ora*: Venantio. ([54] Veneratio Scholastico. ([55] *sequitur lacuna punctis expleta; attamen in ora addit*: nouem..... ([56] diebus octodecim. ([57] millia. ([58] Istriam. ([59] »hic anastasij *usque* recondidit.« *desiderantur.* ([60] in Ecclesia S. Petri. *I. d. A.*: *637. Pro anno sequenti. 638. addit*: THEODORVS LXXVI. ([61] de ciuitate Ierusalem. ([62] *addit*: Hic constituit benedictionem Cerei in Sabbatho sancto. ([63] addit in marg.: Pyrrhi. ([64] Puri. ([65] *addit*: etiam. ([66] *deest.* ([67] *I. d. A.*: *644. addit pro 645*: MARTINVS LXXVII. ([68] Tiburtina. ([69] d. viginti septem. ([70] et c. diebus viginti octo. ([71] Spatarius.

qui leuando gladium statim cecus [72] effectus est hic celebrauit rome concilium vbi dampnauit praui dogmatis assertorem paulum [73] fálsi nominis patriarcham. propter quod constantinus imperator ipsum constantinopolim euocauit. et inde in exilium cersonam [74] missus ibi feliciter migrauit ad christum. [75] cuius festum in vigilia Mar. thuron est.

Imperatores.

603.

PHocas 1 imperauit annis. VIII. Iste seditione militum [1] imperator effectus est. [2] Mauricium augustum et multos nobiles [3] interfecit. prœlia quoque grauissima aduersus regem persarum exercitatus est. quibus romanis plurimas. prouintias debellauit. [4] et ipsam iherosolimam dimiserunt. Hic concessit beato bonifacio pape [5] templum quod pantheon dicebatur vt consecraretur in honore beate marie et omnium sanctorum. [6] Priscus autem foce homicidia non sustinens ad heraclium in affricam mittit. vt filium suum eraclium [7] contra focam mitteret quod et factum est. nam eraclius nauigio veniens focam vicit. [8]

611.

ERaclius 1 [9] cum constantino filio suo imperauit annis. XXXI. Huius tempore [10] Asebustus [11] gothorum gloriosissimus princeps plurimas romanorum ciuitates sibi rebellantes subiecit et iudeos regni sui subiectos ad fidem christi conuertit. Anno tercio imperij huius eraclij cosdras rex persarum. [12] multam partem rei publice romane [13] cepit. deuastauit [14] iherosolimam et venerabilia loca incendit. qui populorum captiuans copias vna cum patriarcha zacharia et pretioso ligno sancte crucis. in persidem duxit Anno. [15] XII. eraclij. cosdras [16] rex persarum interemptus est per eraclium. et tunc populus a captiuitate liberatus. cum sancta cruce reuocatur. Eodem tempore machometus [17] propheta sarracenorum surrexit. fuit autem magnus et quia epilenticus [18] ne perciperetur dicebat se tunc loqui cum angelo quociens cumque [19]

([72] cæcus. ([73] *addit*: Constantinopolitanum. ([74] Ch. ([75] a. Ch. f. m. *I. d. A.*: *650.* »cuius — est« *desunt. addit*: EVGENIVS LXXVIII. ([1] *deest.* ([2] factus. ([3] A. nobilem, et m. ([4] Romani fortiter debellati, pl. prov. ([5] *deest. addit*: IV. Pontifici Romano. ([6] honorem. B. Mariæ et o. Martyrum. ([7] Heraclium f. s. ([8] *I. d. A.*: *611. addit*: HERACLIVS LVIII. ([9] Heraclius *ita deinceps.* ([10] *addit in ora*: Sisebustus. ([11] Sebustius. ([12] T. a. I. h. H Cosdroes, P. R. ([13] R. Reipubl ([14] — que. ([15] *addit*: autem. ([16] H. d. Cosdroes. ([17] est revocatus. E. t. Mahometus. ([18] epilepticus. ([19] quotiescunque.

caderet et de principatu latronum peruenit ad regnum. A quodam etiam monacho nomine sergio apostata [20] ad decipiendum populum [21] informabatur. hic eraclius deuicta perside cum gloria redigens [22] zachariam patriarcham et omnem populum christianum captiuum iherosolimam reduxit. et sanctam crucem. quam a chosdra [23] receperat portans. ornatus regio scemate. [24] dum per portam per quam christus. baiulans crucem ad passionem exiuit. vellet intrare [25] porta diuinitus clauditur. eoque [26] humiliato rursum ad intrandum aperitur. et ita cruce relata [27] celebritatem exaltationis ipsius instituit [28] fieri annuatim. hoc tempore floret ysidorus yspalensis [29] episcopus beati leandri successor. hic vir eruditissimus librum ethimoloiarum [30] composuit. Cronica etiam a tempere [31] ieronimi vsque ad obitum suum conscripsit. hijs temporibus floruit sanctus gallus abbas in allamania sancti columbani discipulus. Anno. XV. imperij eraclij [32] sarracenos qui actenus [33] sub regno persarum fuerant eraclius [34] deuictos romano reddidit [35] imperio. Hoc tempore magumeth [36] princeps sarracenorum moritur post. quem [37] ebier [38] principatur. Eraclius autem cum esset astronomus. vidit [39] regnum suum a circumcisa gente esse vastandum propter quod mandauit regi francorum vt omnes iudeos in regno suo præciperet baptizari. quod etiam [40] factum est. verum post inter romanos et sarracenos bellum impacabile [41] oritur. adeo quod eraclius timens de cruce domini ipsam de iherusalem in [42] constantinopolim transtulit. Cuius pars magna [43] post anno domini. M. CC. XL. VII. ad instantiam christianissimi regis lodewici perisius [44] est translata. Eo tempore aurea sancta [45] claret. quam sanctus eligius monasterio quod ipse perysius exstruxerat præfecit. [46] Anno eraclij XXVIII. sarraceni qui sibi rebellauerant destructa iherosolima antiochiam capiunt. Demum eraclius ydropicus [47] effectus moritur. Monachellitarum [48] heresi maculatus qui negant [49] in christo duas fuisse [50] voluntates. Nam ex quo crucem domini in iherusalem portauerat in partibus illis fuit. [51] commoratus et cum patriarcha iacobitarum de fide diceptans [52] ab ipso decipitur Jacobite uero sunt

---

([20] M. A., n. S. ([21] a. d. p. *desunt.* ([22] redíens. ([23] Cosdroe. ([24] schemate. ([25] i. v. ([26] eique. ([27] reuelata. ([28] statuit. ([29] Isid. Hisp. ([30] Etymologiarum l. ([31] Ch. e. g. t. *addit in marg.*: Jouiniani. ([32] A. I. H. quinto decimo. ([33] hactenus. ([34] *addit*: ipsos. ([35] reddit. ([36] Mahomet. ([37] *addit in marg.*: Ebnzer. ([38] E. ([39] *addit*: in astris. ([40] et. ([41] implacabile. ([42] deest. ([43] m. p. ([44] Ch. Lodoici. R. Francorum, Parisios. ([45] S. Aurea. ([46] »quam — præficit.« *desunt.* ([47] Hydropicus. ([48] Monothelitarum. ([49] quæ negat. ([50] f. d. ([51] fuerat. ([52] disceptans.

christiani quos apostolus Iacobus ad fidem conuertit. sed male de fide sentiunt. [53] asserunt quidem christum de virgine natum et in celos ascendisse sed nequaquam deum fuisse. tempore eraclij regnum persarum quod virtute sui excusserat a romanis. tunc a sarracenis deuictum est Nam arabes pulso rege eorum hormisda. vsque in presens possederunt. Sisebutus rex gothorum in yspania multas ciuitates quas romani tenebant ui occupabat. et ab illo tempore vbique in orbe terrarum incepit deficere dominium romanorum.

643.

COnstantinus [54] III. in ytalia cum yradona fratre eius [55] imperauit annis. XXVII. Iste filius eraclij in sycilia interfectus est. Sub hoc plurima pars rei publice a sarracenis desolata est. pessimus enim in [56] omnibus fuit nam martinum papam interfecit. Insuper veniens romam deposuit quicquid [57] erat ad ornatum ciuitatis rome et asportauit secum in syciliam. Anno constantini huius [58] VI° sarraceni affricam occupant. hic [59] a paulo constantinopolitano deceptus. exposuit typum contra fidem catholicam nec vnam nec duas voluntates seu operationes [60] in christo esse confitendas. Ob hoc martinus papa. CC^torum episcoporum concilium faciens [61] anathematizauit [62] episcopos hereticos. [63] Tyzium. Syrgium. [64] paulum. quoque presentis erroris incentorem. [65] hac de causa [66] papa martinus de precepto imperatoris constantini [67] capitur. et tandem cersose [68] vbi [69] sanctus clemens papa relegatus fuerat in exilio moritur. Eodem tempore sanctus ydocus [70] regis brittanie filius regno et mundo relicto. heremita effectus. in pago pontio [71] requieuit in christo. hic constantinus imperator multos orthodoxorum [72] verberibus et exilijs condempnauit eo quod heresi sue acquiescere nolfent propter quod dum apud constantinopolim pene omnibus esset exosus. ad ytaliam nauigauit. volens ipsum [73] eripere de manibus lombardorum. et ibi residere. et cum ad beneuentanorum fines accessisset. grimualdus [74] eiusdem prouintie dux fortiter resistens [75] ipsius exercitum

---

([53] *I. d. A. I. 629 sequentibus tredecim vacuis relictis*: »asserunt — romanorum« *desunt. addit*: CONSTANTINVS III. LX. ([54] C. III. ([55] i. L. c. f. e. *addit in marg.*; Heraclione; *in textu legit*: Iradona. ([56] in *desit.* ([57] quidquid. ([58] *deest.* ([59] *addit*: Constantinus. ([60] s. o. *desunt.* ([61] C. f. ducentorum E. *Duo ultima vocabula superscripsit in Cod. n. prima manus.* ([62] ... sauit *addit in marg.*: Tirium. ([63] e. h. *desunt.* ([64] Tynum, Sergium. ([65] Inuentorem. ([66] caussa. ([67] de mandato C. J. ([68] Chersone. ([69] *addit*: et. ([70] S. Judocus. ([71] Pago Pontino. ([72] Orthodoxos. ([73] ipsam. ([74] Grimaldus. ([75] resistendo.

debellauit. Cernens igitur quod ibi non proficeret. romam perrexit. cui. VI° ab urbe miliario [76] vitalianus papa reuerenter occurrit. et eum ad beati petri basilicam cum populi frequentia perduxit. et cum in vrbe per XII. dies residisset. magna ductus cupiditate varia ornamentorum genera. ex ere [77] et marmore quibus vrbs ornabatur. in tyberim [78] vexit. vt in constantinopolim transferret. Inter que [79] basilicam dei genitricis et martyrum quæ olim panteon [80] dicebatur. ereis tabulis [81] discooperuit. Cum [82] igitur a roma digressus est. [83] cum in syciliam nauigasset in balneo a suis occiditur. post cuius [84] decessum milites quendam armenum mesentium nomine [85] in imperatorem creauerunt. Sed non [86] multo post constantinus constantini filius ibidem nauigio veniens et imperialem purpuram sumpsit. et mensentium [87] cum infectoribus [88] patris sui morte turpissima condempnauit. hoc tempore humarus [89] princeps sarracenorum in loco vbi prius fuerat templum iudeorum quod vespasianus destruxerat. templum quod nunc est [90] ierusalem exstruxit in quo adorant sarraceni. [91] Hijs temporibus francorum exercitus de prouintia adueniens lombardiam intrauit. Cui cum grimualdus cum lombardis occurrisset. tentoria vacua quidem hominibus sed plena bonis maxime vino relinquens. fugam simulans. cum franci putantes eos metu ipsorum fugisse ad tentoria peruenissent et cibo repleti potuque inebriati in nocte dormirent. grimualdus cum suis irruens super eos pene omnes exstinxit.

Pontifices.

651.

EVgenius [1] 1. natione romanus de regione auentina clericus a cunabulis [2] ex patre [3] rufiano, [4] sedit. annis. II. Mensibus. VIII. diebus. XXII. et cessauit. Mensibus. II. [5] Hic omnibus benignus et amabilis maximeque sanctitatis sepultus est apud sanctum petrum.

656.

UItalianus 1. natione campanus [6] ex patre anastasio sedit annis. XIIII. [7] Mensibus. VI. et cessauit. Mensibus. I½. [8] Hic cantum romanorum

---

([76]. milliario. ([77]. ære. ([78]. Tiberim. ([79]. quæ. ([80]. Pantheon. ([81]. æreis t. *addit in marg.*: coopertam. ([82]. *deest.* ([83]. *deest.* ([84]. *deest.* ([85]. A. n. Mezentium. ([86]. Sed cum. ([87]. Mezentium. ([88]. interfectoribus. ([89]. H. ([90]. *addit*: in. ([91]. Saracēni. *I. d. A.*: *663.* »Hijs — exstinxit.« *desunt. exstat vacuum septem annorum spatium. addit*: CONSTANTINVS IV. LX. ([1]. Evg. I. ([2]. cunabilis. ([3]. *addit in marg.*: Ruffino. ([4]. Rusiano. ([5]. mense vno, diebus viginti octo. *I. d. A.*: *652.* »Hic — petrum.« *desunt. addit*: VITALIS LXXIX. ([6]. Vitalis natione Signensis, Prouinciæ Campaniæ. ([7]. octodecim. ([8]. m. duobus, diebus tredecim.

composuit et [9] organo concordauit. [10] Hic nuntios suos direxit constantinopolim ad imperatorem. iuxta consuetudinem significans de sua ordinatione qui nuntij postquam reuerenter fuissent recepti. renouatis romane ecclesie priuilegijs redierunt portantes ewangelia auro conscripta et preciosis gemmis decorata. quæ imperator sancto petro apostolo transmiserat. Hic papa quendam grecum theodorum nomine habitu monachum et magne litterature virum cantuariensi ecclesie in angliâ præfecit. episcopum qui theodorus scripsit penitentialem librum mirabili et cauta discretione distinguens modum singularum culparum de quo libro in iure canonico fit frequenter mentio.

671.

DEodatus .1. natione romanus. ex monacho [11] de patre iobiano sedit annis. IIII. Mensibus. II. diebus. V. et cessauit Mensibus. V. [12] Hic tante beatitudinis fuit vt omnem hominem a maiore vsque ad minorem ad se venientem consolatum dimitteret. huius tempore. translatum est a monte cassino corpus sancti benedicti ad cenobium formacense quod est sollempne in aurelianensi diocesi et etiam corpus sororis eius scolastice. Huius tempore regnum sycilie a sarracenis deuastatur.

688.

IGatho .1. natione syculus. [13] sedit annis. II. Mensibus. VI. diebus III. [14] et cessauit anno I. Mensibus. VII$^1/_2$. [15] hic dum quemdam leprosum oscularetur statim mundatus est. huius tempore rauennata ecclesia quæ diu rebellis fuerat sedi apostolice redijt ad obedientiam. [16]

681.

LEo [17] 11. natione syculus ex patre paulo sedit. Mensibus X. diebus. XVII. et cessauit mensibus. XI. diebus XVII. [18] Hic constituit pacem dari in ecclesijs tocius christianitatis fidelibus post agnus dei. Hic fuit eloquentissimus in diuinis scripturis sufficienter instruc-

---

([9] *addit*: dulci sono et. ([10] *I. d. A.*: *656. per 14 modo sequentes annos extat spatium vacuum.* »Hic nuntios — mentio« *desunt. addit*: THEODATVS LXXX. ([11] Monacho. ([12] m. quatuor, et diebus quindecim. *I. d. A*: *674. addit*: DONVS LXXXI. »Hic tante— deuastatur« *desunt. Econtra addit sub anno*: *675 & 676*; »DONVS natione Romanus, ex Patre Mauritio, sedit anno vno mensibus quinque, diebus decem. Et cessauit mensibus duobus, diebus quindecim. Hic decorauit illum locum ante Basilicam S. Petri, qui dicitur Paradisus.« *addit*: AGATHO LXXXII. *pro anno*: *677.* ([13] Agatho n. Siculus. ([14] diebus tribus, mensibus sex. ([15] m. septem, diebus quindecim. ([16] s. A. r. f., a. o. redijt. *I. d. A.*: *680. addit*: LEO LXXXIII. ([17] L. II. ([18] d. viginti duobus.

tus. greca latinaque lingua eruditus. erga inopum prouisionem non oslum mentis pietate sed et [19] studij labore sollicitus Huius tempore procurante deo et ipsius labore [20] ecclesia rauennata posuit se sub ordinatione sedis. opostolice. vt defuncto archiepiscopo qui electus fuerit iuxta antiquam consuetudinem veniat ad romanam curiam ordinandus. hic fecit constitutionem vt qui ordinandus fuerit archiepiscopus nulla consuetudine pro usu pallij aut diuersis officijs. aliquid ecclesie persoluere debeat. Hic sepultus est in basilica beati petri apostoli. [21]

Benedictus [22] 11. natione romanus ex patre iohanne. sedit. Mensibus. X. diebus. XII. et cessauit. Mensibus II½. [23] hic ab imperatore factus est papa. [24] tamen vita eius concordauit cum nomine ita vt benedictus merito diceretur. sepultus est etiam. apud sanctum petrum.

686.

IOhannes [25] V. natione syrus ex ciuitate antiochia [26] sedit anno. I. diebus X. et cessauit. diebus II. [27]

687.

KOno .1. natione romanus de regione celij montis ex patre benedicto sedit. Mensibus XI. diebus IX. et cassauit. Mense. I. diebus. XVIII. [28] hic sancte vite. sepultus. est apud. sanctum. petrum.

689.

SErgius .1. natione syrus de regione [29] antiochia. [30] ex patre tyberio [31] sedit annis. IX. Mensibus VIII. diebus. XXIII. et cessauit mense. I. diebus. XX. hic constituit vt agnus dei [32] ter cantetur ad missam [33] in fractione [34] corporis christi. [35] hic domino [36] sibi reuelante in sacrario sancti petri inuenit capsam argenteam. in loco obscurissimo multe annositatis ita ut non appareret argentea [37] in qua sigillum erat expressum quo ablato inuenit crucem preciosis lapidibus

---

([19] etiam. ([20] l. i. ([21] *addit*: et ipsius festum fit in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli. *I. d. A.*: *682. addit*: BENEDICTVS LXXXIV. *pro anno*: *683.* ([22] B. II. ([23] m. duobus, diebus quindecim. ([24] *I. d. A.*: *684.* »tamen — petrum.« *desunt. addit*: IOANNES LXXXV. ([25] I. V. ([26] *addit*: ex Patre Habundo. ([27] *I. d. A.*: *685. addit*: OONO. LXXXVI. ([28] et diebus viginti octo. *I. d. A.*: *687.* »hic — petrum« *desunt. addit*: SERGIVS LXXXVII. ([29] *addit in marg.*: Antiochena. ([30] Antiochiæ. ([31] Tiberio. ([32] AGNVS DEI. ([33] in Missa. ([34] *addit*: Dominici.. ([35] *deest.* ([36] Deo. ([37] arg. n. app.

perornatam.[38] et ineffabilem portionem crucis dominice interius repositam. quæ in die sancte crucis adoratur. Corpus etiam primi leonis pape deo reuelante transtulit. Sanctus kylianus cum socijs suis apud[39] uirceburch[40] martyrio coronatur.[41] Sergius papa. sepultus est. apud sanctum. petrum.

698.

LEo[42] 111. natione romanus ex patre nycolao. dyacono. sedit. annis. II. Mensibus. XI.[43] Hic per patricium romanorum factus est papa.[44] et propter hoc in kathalogo romanorum in plerisque cronicis non ponitur. sed sequens leo tercius intytulatur in ipsis et etiam in decreto. Eo tempore sanctus lambertus episcopus quia pipinum. principem alterius pipini qui fuit pater karoli increpare ausus fuit. quia pellicem. alpaydem nomine. sue vxori plectrudi superduxerat a dodone fratris alpaydis occiditur leodij et in traiecto tumulatur. Sed post in leodium est translatus.

Imperatores.

671.

COstantinus[1] IIII. filius constantini imperauit. annis. XVII. huius tempore sarraceni syciliam inuadunt. et cum spolijs multis recedunt. Istius etiam tempore. V[a]. synodus celebratur constantinopoli contra gregorium patriarcham. CC[torum][2] VIII. episcoporum. Hic fuit fide catholicus.[3] sapienti quoque usus consilio. cum arabibus qui damascum inhabitabant. et cum bulgaris. pacem firmissimam fecit. restauravit etiam ecclesias quæ per hereticos dirute[4] fuerant. a temporibus eraclij proavi sui. Insurrexit præterea.[5] contra monochellitas[6] quos pater et auus protexerant. Satagens eorum opiniones delere pro quo et sextam vniuersalem synadum[7] congregauit.[8] CCC[torum] episcoporum uno minus[9] Qve synodus in uno domino nostro ihesu christo duas naturas et duas voluntates declarauit. huius anno primo. grimualdus lombardus.[10] rex beneuentanorum. cum. nono die post flebotomiam[11]

([38] ornatam. ([39] apud *addit in ora*: Wirtzburg. ([40] Visemburch, Ostrofranciæ S. Chilianus cum socijs suis. ([41] *I. d. A.*: *697.* »Sergius — petrum.« *desunt. addit*: LEO III. LXXXVIII. ([42] L. III. ([43] m. duodecim. ([44] *I. d. A.*: *700.* »et propter — translatus» *desunt. addit*: IOANNES LXXXIX. *pro anno*: *701, et seqq.* ([1] Const... IV. ([2] *addit*: et. ([3] *addit*: et modestus. ([4] destructæ. ([5] etiam. ([6] Monothelitas. ([7] V. Synodum. ([8] *addit*: Constantinopoli. ([9] ducentorum octuaginta nouem E. ([10] G. Longobardus. ([11] phlebotomiam.

accepto archu [12] columbam percutere nisus est. vena brachij eius [13] disrupta est et superponentibus medicis venenata medicamina [14] defunctus est. huius temporibus pestilentia thycinam [15] ciuitatem ad eo depopulata est vt hominibus per iuga montium fugientibus. intra præfatam vrbem [16] herbe nascerentur et frutecta. [17] Mortuo autem apud constantinopolim orthodoxo augusto. filius eius iustinianus sibi successit in imperium. [18] huius etiam constantini tempore regis persarum coniux nomine. cesarea de persida cum paucis fidelibus. clam venit constantinopolim. vbi cum ab imperatore de sacro fonte leuata fuisset. cum multum quæsita fuisset. et tandem inuenta ad uirum redire nollet. nisi primum christianus efficeretur. Ipse cum XL. militibus constantinopolim veniens pacifice. cum omnibus. baptizatus est. Eo tempore bulgari vltra meotides palludes habitantes vbi est magna bulgaria fines romanorum deuastabant quos quia constantinus in confusionem romanorum superare non valuit. pacem cum ipsis fecit. annua tributa eis persoluendo.

688.

IVstinianus 11. imperauit annis. X. Iste contraxit pacem cum sarracenis decennio terra marique. Hic bonus. prudens et largus. et [19] romanorum imperium auxit nimis. Cuius gesta leguntur in pantheon. et condidit multas leges et ecclesiastica officia multum honorauit. Sed circa finem suum. sextam synodum. quam pater suus fecerat infirmare nititur. et sergium papam in hoc sibi resistentem et ecclesiam [20] frustra turbare molitur Anno igitur ipsius. [21] X°. leo patricius iustinianum regno priuat. et eum [22] naso et lingua priuatum in exilium cersonam [23] relegat. hoc tempore beda venerabilis presbyter claret. [24] et sanctus columbanus de ybernia venit in burgundiam.

697.

LEO [25] 11. imperauit annis. III. hunc [26] tyberius ab imperio pulso nasum abscidit. eo [27] in exilium cersonam [28] retruso imperauit pro ipso. Eo tempore scisma [29] magnum. Nam synodus aquileie facta.

([12]. arcu. ([13]. ipsius. ([14]. medicamenta. ([15]. Ticinam. ([16]. i. p. v. *desunt*. ([17]. atque fruteta.. ([18]. *I. d. A.*: *681.* »huius — persoluendo« *desunt, remanente per septem anno. vacuo spatio. addit*: IVSTINIANVS LXII. ([19]. *deest*. ([20]. e. e. *desunt*. ([21]. suo. ([22]. eum-s que. et *in Cod. eadem manus superscripsit*. ([23]. Ch. ([24]. *I. d. A.*: *692. remanente spatio quatuor annorum vacuo. addit*: LEO II. LXIII. »et — burgundiam.« *desiderantur*. ([25]. L. II. ([26]. Huic. ([27]. eoque. ([28]. Ch. ([29]. Sch.

Vam synodum vniuersalem [30] a iustiniano primo et vigilio papa constantinopoli celebrata [31] suscipere noluit. quod sergius papa ad concordiam reduxit. [32]

700.

Tyberius 11. imperauit annis. VII. Huius tempore gisulphus [33] dux beneuentanus ytaliam deuastauit. Tempore huius tyberii cum iustinianus in exilio cersose [34] positus. populo publice assereret se adhuc imperium resumpturum et populus zelo augusti ipsum interficere intenderet fugit ad principem turquorum [35] qui sibi germanam suam tradidit in uxorem. eiusque fretus et bulgarorum auxilio imperium recuperauit leonemque et tyberium imperij occupatores iugulat. tantam in aduersariorum [36] vltionem exercens. vt quotiens sibi a naso præciso guttam defluentem reumatis [37] detergeret. pene totiens aliquem aduersariorum occideret. [38]

Pontifices.

701.

IOhannes [1] VI. natione grecus. ex patre patrone. [2] sedit. annis. III. Mensibus. II. diebus. XXIII. [3] hic martyrio coronatus. [4] sepultus. est in ecclesia sancti sebastiani ad catacumbas. [5]

704.

IOhannes [6] VII. natione romanus ex patre gregorio sedit annis. II. Mensibus. VII. diebus. XVII. et cessauit. Mensibus. IX. [7] hic fuit eruditus sciencia et facundus eloquentia. hic fecit oratorium sancte dei genitricis et virginis marie intra ecclesiam beati petri apostoli. cuius parietes mosayco opere depinxit. ibique. ante altare sepultus iacet.

707.

SIsinnius [8] .1. natione romanus ex patre [9] tresmundo. sedit dies [10] XX. et cessauit. Mensibus. II. huius tempore maximum scisma fuit. [11]

([30] quintam V. S. ([31] celebratam. ([32] *I. d. A.*: *700. addit*: TIBERIVS LXIIII. ([33] Gizilphus. ([34] Chersonæ. ([35] Tircorum. ([36] aduersarios. ([37] rheumatis. ([38] *I. d. A.*: *706. addit*: IVSTINIANVS. ([1] Ioannes VI. ([2] Patrono. ([3] *addit*: et cessauit mense vno, diebus nouemdecim. ([4] H. coronatur m. ([5] *I. d. A.*: *703. addit*: IOANNES VII. XC. ([6] I. VII. ([7] *I. d A.*: *706.* »hic fuit — iacet« *desunt. addit*: SISINNVS XCI. ([8] Sisinnus. ([9] *addit in ora*: Cresimundo. ([10] diebus. ([11] Sch. f. *I. d. A.*: *707. addit*: CONSTANTINVS XCII.

708.

Constantinus [12] 1. natione syrus ex patre Iohanne. sedit annis. VII. diebus. XV. et cessauit. diebus. XL. [13] hunc iustinianus imperator ad se venire fecit constantinoplim. [14] ac sollempniter ipsum recipiens. vt die dominica in ecclesia sancte sophye missam celebraret [15] rogauit communionem de manibus ipsius accipiens ac multum in terram se prohiciens [16] vt pro suis peccatis dominum exoraret rogauit. [17] cuncta priuilegia romane ecclesie renouando. Hic etiam philippum imperatorem denuntiauit hereticum eo quod sanctorum ymagines deleuerat. [18] Sub hoc pontifice choeret et opha. reges anglorum romam venerunt ibique in monachos conuersi regi regum militauerunt. pontifex vero. sepultus est apud. sanctum. petrum.

715.

Gregorius [19] 11. natione syrus ex patre iohanne. sedit annis. XVI. Mensibus. VIII. diebus. XX. et cessauit diebus. XXX. V. Hic constituit quintam feriam per totam christianitatem in [20] .XL^a. ieiunari et missarum sollempnitatem. [21] Huius tempore bonifacius episcopus gentem germanorum ad christum conuertit. hoc [22] tempere [23] petronax [24] ciuis brixianus diuino instinctu et gregorij pape animatus ortatu. cenobium [25] sancti benedicti apud castrum cassinum laudabiliter reedificauit. quod plus quam. C. annis a tempore primo [26] longobardorum desolatum fuerat. Quidam scribunt quod hoc tempore sanctus egidius grecus [27] venerit in prouintiam. Hic gregorius papa prædictum bonifatium a brittania venientem episcopum consecrat et per ipsum verbum dei in germania prædicat. qui post archiepiscopus maguntinus [28] factus cum in frisia prædicaret martyrio [29] coronatur. et transferetur ad [30] wldense cenobium [31] quod ipse construxerat [32] hoc tempore karolus pater pipini maiordomus francie saxones debellat. nec non reni fluuium trans-

---

([12] Constantinus. [13]) *addit*: Sepultus est in Vaticano S. Petri. ([14] C. f. ([15] S. Sophiæ celebraret. ([16] vultum i. t. proiiciens. ([17] postulauit. ([18] S. i. d. *I. d. A.*: *714.* »Sub — petrum« *desunt. addit*: GREGORIVS II. XCIII. ([19] G. II. ([20] *addit*: tota. ([21] celebritatem. ([22] Huius. ([23] *addit in ora*: Petronax. ([24] Patronas. ([25] hortatu a., Cœnob. ([26] p. t. ([27] S. Aegidius, G. natione. ([28] A. Moguntinus. ([29] Martyrio. ([30] *addit in ora*: Fuldense. ([31] Vuldense Cœn. ([32] *addit*: Hic etiam cum Leo Imperator congregatis imaginibus Christi et B. Virginis et aliorum Sanctorum in Ciuitate Constantinopolitana igne cremari iussisset, idem ipsi facere præcipiens, non solum facere renuit, sed Imperatorem pro ipso facto anathematizauit. *I. d. A.*: *729.* »hoc tempore karolus — petrum« *desunt. addit*: GREGORIVS III. XCIV.

iens alamannos et sweuos atque bawaros plustrat vsque ad dannubium omnia occupando subegit. frisones burgundiam et lothringiam. sarracenosque de transmarinis partibus cum innumerabili multitudine in prouinciam venientes. arelate cum ipsis pugnando omnes deuicit. gregorius vero papa distributis rebus monasterijs et omni clero. Sepultus est apud sanctum petrum.

730.

Item [33] gregorius [34] 111. natione romanus ex patre marcello sedit. annis. X. Mensibus. VIII. diebus. XXIII. [35] et cessauit. diebus. IX. Hic adiunxit in secreto [36] quorum solempnitas hodie in conspectu maiestatis tue celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum [37] et fecit recedere totam ytaliam a potestate leonis augusti [38] heresiarce. ob depositionem ymaginum. Huius tempere alebrandus rex longobardorum romam obsedit. [39] hic gregorius cum leonem imperatorem pro [40] depositione ymaginum christi et sanctorum incorrigibilem vidisset. romam ytaliam et yspaniam [41] et hesperiam totam ab eius iure discedere fecit et vectigalia interdixit. Synodus quoque pene [42] mille esiscoporum rome celebrando venerationem sanctarum ymaginum confirmat. atque [43] violatores generali sentencia anathematizat. [44] hic cum roma obsideretur a lombardorum rege transit nauigio ad karolum patrem pipini et claues confessionis sancti petri rogans vt romanam ecclesiam a lombardis liberaret. hic papa. vienne archiepiscopatum instituit. quæ quidem vrbs ideo dicitur vienna. quasi bienna. eo quod biennio sit constructa. gregorius sepultus est apud sanctum petrum.

730.

Zacharias .1. natione grecus. ex patre policronio. [45] sedit annis. X. Mensibus. II$^1/_2$. [46] et cessauit. diebus. XII. hic fecit pacem cum logobardis hic dyalogorum libros de greco transtulit in latinum. [47] hic karolum magnum francorum regem fratrem pipini [48] fecit. [49] clericum. et misit eum in kassinense monasterium vt monachus fieret. cui etiam monasterio [50] dona plurima cum priuilegio sedis apostolice contulit huius ammonitione erachis rex lombardorum [51] cum uxore et filijs re-

---

([33]. I. *deest.* ([34]. G. III. ([35]. d. viginti quatuor. ([36]. secreta. ([37]. *addit*: et c. ([38]. *deest.* ([39]. *addit*: Sepultus est in Vaticano, in Ecclesia S. Petri. ([40]. de. ([41]. et ysp. *desunt.* ([42]. Synodumque pœne. ([43]. et. ([44]. *I. d. A.* : *739.* »hic cum — petrum« *desunt. addit pro A. 740*: ZACHRIAS XCV. ([45]. Polycronio. ([46]. m. duobus, diebus quindecim. ([47]. Long. H. D. d. Græ. in L. t. ([48]. H. Carolomannum F. R., F. Pepini ([49]. *addit*: fieri. ([50]. M. e. ([51]. admon. E. R. Longob.

licto mundo monasticum indutus est habitum. ad hunc papam monachi cenobij cassiensis. adiuncto sibi karolo magno [52] romam venerunt rogantes [53] vt litteras pipino. regi francorum [54] dirigeret. quatenus corpus beati benedicti quod formacenses monachi [55] furtim habuerant. loco cassinensi restituerent. Quod rex pipinus cum mandasset. monachis formacensibus [56] ieiunantibus et flentibus nuntij qui corpus auferre debuerant percussi sunt cecitate. et hoc cognito ibidem remansit [57] Zacharias vero papa omni virtute ornatus moritur et apud sanctum petrum tumulatur. huius tempore corpus beate marie magdalene a gerhardo comite burgundie verziliacum est translatum. quamquam alij scribant quod apud ephesum quiescat. et alij quidem in ytalia in insula lacus sancte christine.

Imperatores.

707.

IUstinianus 111. imperauit annis. VI. Iste est idem qui supra priuatus fuerat imperio sed quia tali anno recuperauit imperium propter hoc hic iterato [1] repetitur. Igitur iustinianus post resumptionem imperij. fidem orthodoxam amplexus papam constantinum [2] ad se constantinopolim invitat. ipsumque [3] venientem et reduentem apostolice dignitatis honorat gloria. [4] Porro iustinianus statuit cersonam [5] vbi fuerat in exilio euertere [6] et congregatis omnibus nauibus quas habere potuit per patricium suum interfecit omnes [7] infantes. Cumque iterato [8] infantes vellet perimere. homines prouintie quemdam exulem philippum nomine [9] præfecerunt. qui constantinopolim veniens iustinianum cum filio peremit. [10]

713.

Philippus 11. imperauit anno I. Mensibus. VI. Iste fugit in scyciliam [11] propter exercitum romanorum. hic cum esset hereticus omnes picturas ecclesiasticas [12] præcepit auferri propter quod romani ymaginem mimismatis [13] sui recipere noluerunt. [14]

([52] Carolomanno. ([53] *addit*: Papam. ([54] R. F. Pepino. ([55] M. Floriacenses. ([56] Floriacensibus. ([57] *I. d. A.*: *750.* »Zacharias — christine.« *desunt. addit*: STEPHANVS XCVI. ([1] i. hic. ([2] C. P. ([3] eumque. ([4] g. h. ([5] statim Ch. ([6] *addit*: conatur. ([7] *addit*: præter. ([8] *addit*: et. ([9] *addit*: sibi. ([10] interemit. *I. d. A.*: *712. addit*: PHILIPPVS LXV. ([11] Siciliam. ([12] Ecclesiæ. ([13] i. numism. ([14] *I. d. A.*. *714. addit*: ANASTASIVS LXVI.

615.

ANastasius 11. imperauit annis. III. hic philippum captum oculis priuauit. Iste in omnibus malus fuit. huius exercitus theodosium elegit in [15] imperatorem. qui anastasio deuicto ordinauit ipsum in presbyterum. [15a]

717.

Theodosius 111. [16] anno. I. Iste benignus fuit. et humili corde imperium tenuit quem quidam leo potentissimus de imperio deposuit qui post elericus factus residuum vite duxit in pace. [17]

720.

LEo 111. imperauit annis. XXV. cum constantino filio suo. [18] huius tempore sarraceni constantinopolim venerunt. et tribus annis. ciuitatem obsidentes abscesserunt et inde multa bona [19] abstulerunt Anno leonis IIII. lupandus [20] lombardorum rex. audiens quod sarraceni depopulata sardania [21] loca illa in quibus [22] erant ossa beati augustini [23] dehonestarent. quæ propter sarracenorum vastationem de ypona [24] illuc vsque delata fuerant legatos [25] ibi direxit qui dato multo auro preciosas illas reliquias secum detulerunt vsque ianuam vbi præfatus rex personaliter occurrens. cum magna [26] deuotione. ipsas [27] papiam deferens in ecclesia beati petri apostoli quam [28] ipse exstruxerat honorifice collocauit. huius leonis tempere [29] rithodus dux frisonum [30] ad prædicationem wolframmi senonensis episcopi. adductus vt baptizaretur cum vnum pedem lauacro imposuisset. alterum retraxit. quærens [31] vbi plures essent maiorum suorum [32] in inferno vel in peradyso. et audiens quod in inferno intinctum pedem etiam [33] retraxit. [34] letius est inquiens vt plures quam pauciores sequar. et ita ludificatus a dyabolo cum sibi multa bona in annos plurimos promitteret. tercia die subita morte extinctus est. [35] Hic leo imperator a quodam [36] refuga fidei seductus. contra ymagines dei et sanctorum bellum indicit. easque vbique deponi et incendi [37] iubet. pro quo errore eum gregorius papa scriptis sed [38]

([15] in *deest.* ([15a] *I. d. A.*: *718. addit*: THEODOSIVS. LXVII. ([16] T. imperauit ([17] vitæ deduxit in pace. *I. d. A.*: *719. addit*: LEO LXVIII. ([18] L. III. c. C. F. i. a. viginti quinque. ([19] b. m. ([20] Luprandus. ([21] Sardinia. ([22] vbi. ([23] o, B. A. e. ([24] deuastationem de Hyppona. ([25] *addit in ora*: illis. ([26] cum magno gaudio et. ([27] *deest.* ([28] quem. ([29] *addit in marg.*: Richardus. ([30] Richodus Dux Phrisonum. *addit in marg,*: vtrum. ([32] m. s. e. ([33] e. p. ([34] *addit in marg.*: Melius. ([35] fuit. ([36] *addit in marg.*: transfuga. ([37] i. et d. ([38] suis.

in vacuum multum redarguit. Constantinopolitani quoque pro depositione ymaginum contra ipsum tumultuantur. aliqui propter [39] hoc martyrizantur. hoc leone in perfidia mortuo. succedit filius constantinus. [40] Tempore hoc in constantinopoli. CCC. Millia hominum pestilentia perierunt. Circa idem tempus quidam syrus pseudo-christus apparuit et multos iudeos seduxit. Eodem tempore sarracenorum gens per mare angustum transiens totam yspaniam occupauit. et cum post. X. annos etiam aquitaniam occupare voluisset. karolus martello cum eis bello congrediens plus quam .CCC. Millia de ipsis exstinxit. perditis mille quingentis tantum de suis.

742.

COnstantinus V. leonis filius imperauit annis. XXXV. hic impiorum [41] patrum successor. legumque a patribus traditarum. persecutor omni tempore vite sue maleficijs et magicis deseruiens luxurijs operam dedit. et multi clerici et layci et monachi per ipsum in fide periclitati sunt. habebat etiam sibi consentientem in omnibus anastasium constantinopolitanum falsi nominis patriarcham. huius anno. VIII. [42] rachis rex lombardorum derupto federe. [43] romanos inquietare nititur. Sed [44] a zacharia papa non solum a malo reprimitur sed etiam eius instinctu cum uxore et filijs romam veniens monachus efficitur. cui arstulphus [45] frater eius [46] in regno succedit. Anno vero ipsius XI. arstulphus lombardorum rex [47] tributum exigit a romanis. et papa stephanus auxilium pipini nititur invocare. Anno constantini XII°. pipino lombardiam ingresso. arstulphi exercitus a francis vincitur. Idem constantinus conuocata [48] constantinopoli synodo præcipiens depositionem ymaginum ecclesiam [49] grauissime scandalizat [50] nec non infectus demonum incantationibus sacrificijs sacrilegis ac monachorum peremptionibus sic ecclesiam dei persequitur. quod etiam vesaniam dyocletiani transcendere videbatur.

([39] aliqui etiam pro. ([40] *I. d. A.*: *787.* »Tempore ... de suis« *desunt, remanente 4. annorum spatio vacuo addit*: CONSTANTINVS LXVIII. ([41] impietatum. ([42] *addit in marg.*: Erachis. ([43] Rachis L. R. ([43] rupto fœdere. ([44] S. *deest.* ([45] Astulphus. ([46] e. *deest.* ([47] L. R. ([48] vocata. ([49] *addit*: Dei. ([50] *Quæ amodo sequuntur, in ed. desunt usque* — transcendere videbatur »*licet locus iste in Cod. nostro bis occurrit, scilicet in præcedentibus reflectendo ad Constantinum V. et in proxime seguentibus reflectendo ad Magometh.*

754.

ITem [51] constantinus V cum filio suo leone. et cum pipino rege francorum et princio [52] romanorum eiusque filijs karulo et karulo magno [53] imperauit annis. XVI. ¶ et quia hic incidit ystoria pipini ut sciatur quis fuerit [54] iste pipinus [55] por ordinem disseremus. Mortuo primo pipino principe francorum qui fuit sub rege francorum [56] factus est princeps filius eius ex concubina karulus dictus martello. [57] Hic fuit bellicosissimus. Saxones armis subiugat. Deuicit lanfridum alamanorum ducem et alamaniam fecit sibi uestigalere. [58] Sueuos quoq. et bauaros debellat. et eudonem ducem aquitanie. et sic sibi tandem aquitaniam burgundiamque subicit. [59] Cumque instarent sibi multa bella. ecclesias spoliat decimas militibus conferendo propter quod sanctus eutherius episcopus aurelianensis post animam ipsius [60] in inferno uidit. ¶ Eodem tempore heldericus [61] regnat in francia totus deses et remissus. nichilque in regno nisi nomen habebat. karolus martello [62] uictoriosissimus post moritur. et in sancto dyonisio [63] sepelitur. Sed post aliquod tempus in tumba ipsius nichil est de corpore penitus. [64] nisi solum unus maximus serpens inuenitur. Huius principatus heredes facti sunt [65] karulus magnus. et pipinus. [66] Karulus magnus tanquam primogenitus cessit tvringiam [67] et austria pipino uero minori burgundia et prouintia. Sed karolus magnus anno principatus sui. [68] V. deuocionis causa ad limina apostolorum uisitanda romam adiit. ibique coram zacharia papa. mundo renuncians est ab eo tonsus in clericum. et factus [69] monachus cessit in montem [70] syrapti. [71] factoque ibi cenobio in honore sancti [72] siluestri et alio monasterio sancti andree non longe ab eodem monte. ipsis bene dotatis ibidem religiose est conuer-

---

([51] Idem. *Nota, textum in editione, hocce loco, nullo spatio esse interruptum! Hic in Codice incipit quinternio quartus ab alia manu, sin vetustiori certe coeva scriptus, cui se prima manus omnino conformauit; nam terminauit quinternionis tertii ultimam paginam rejiciendo residuas sententias in alium uncinis signatum locum, et inchoavit accurate continuationem in novo quinternione, qui nunc quaternio est, cum altera, interruptæ vocis, parte.* [52] Principe. ([53] C. et C. M. ([54] fuit. ([55] *addit*: genus. ([56] q. f. s. r. f. *desunt.* ([57] Martellus. ([58] L. Alemann. D. et Alemann., f. s. vectigabilem. ([59] subiecit. ([60] E. A. E., p. a. suam. ([61] Hildericus. ([62] Carulus Martellus. ([63] Dionysio. ([64] n. p. d. c. ([65] h. f. s. *desunt in textu, ast occurrunt in margine.* ([66] Carolomanus et Pepinus. *h. l. addit in marg.*: h. f. s. ([67] Carolomanno t. Primogenito c. Thuringia. ([68] S. Carolomannus a. p. suo. ([69] *addit*: est ([70] *addit in ora*: Soracte. ([71] Sirapti. ([72] honorem S.

satus. Sed cum multi francorum theutunicorum [73] romam uenientes. ipsum inquietarent transit [74] ad montem cassinum. ibique post laudabilem uitam quieuit in christo. ¶ Eodem tempore claret sanctus bonifacius maguntinus archiepiscopus qui in silua boetania cenobium [75] wldense [76] fundauit in partibus germanie quod præ [77] ceteris monasterijs præclarius extat Abbas etiam illius loci in curia imperatoris magni honoris habetur. ¶ Pipinus uero fratre suo karulo magno [78] monacho existente. solus gubernabat francorum principatum et maior domus dicebatur. et misit ad zachariam papam. quis potius deberet rex esse. [79] an ille qui ocio deditus solo nomine regnabat. uel [80] ille qui omne pondus regni sustentabat. Cui cum papa. respondisset quod ille potius qui utilia [81] regni gubernacula ageret. [82] franci mox incluso rege suo hilderico et uxore. sua in monasterio. pipinum sibi regem [83] constituunt. quem sanctus bonifacius maguntinus archiepiscopus iussu pape. in regem unxit. Interim zacharias papa. moritur et stephanus in papam. consecratur.

Hujus tempore arstulphus rex lonbardorum [84] per quosdam pessimos romanos [85] inductus tusciam occupando et uallem spoletanam [86] usque romam peruenit. ecclesias ubi corpera sanctorum [87] quiescebant et alia loca sacra igne et ferro deuastando. et de unius cuiusque capite censum repetendo. Papa stephanus tandem [88] hominum et ecclesiarum afflictionem cernens personaliter iuit in franciam ad pipinum et ut arstulphum regem reprimeret. secum in ytaliam et usque romam perduxit. tunc et in princium [89] romanorum pipinus est electus. et arstulpho rege lonbardorum [90] manu forti c npresso [91] restitutis [92] uiribus sancti petri pipinus [93] in franciam est reuersus. arstulpho mortuo desiderius rex lonbardorum [94] efficitur. Eo [95] tempere corpus sancti uiti martyris per abbatem sancti dyonisij fulcandum [96] nomine a [97] roma defertur in franciam. finito bello aquitanico in auennia et in asconia. [98] moritur pipinus. et apud sanctum dyonisium tumulatur. [99] et karulus magnus filius eius in regem sustituitur. [100] Hijs temporibus im-

---

([73] Theutonicorum. ([74] transijt. ([75] *addit in ora.*: Fuldense. ([76] Madelse. ([77] *deest.* ([78] Carolomanno. ([79] R. d. e. ([80] an. ([81] utilius. ([82] gereret. ([83] Pep. R. s. ([84] Lom. ([85] Nuntios R. ([86] Spoletanum. ([87] S. corpo. ([88] tantam. ([89] Patritium. ([90] Lom. ([91] oppresso. ([92] *addit in ora*: Vrbibus. ([93] Pe. ([94] Lom. ([95] *addit*: etiam. ([96] Volcandum. ([97] *deest.* ([98] Aluernia et Gasconia. ([99] sepelitur. ([100] i. R. substituitur. *I. d. A.*: 777. »Hijs temporibus — — transcendere uidebatur« *desunt. addit*: LEO LXX.

perator constantinopolitanus fere solo nomine tantum imperabat. quia in oriente. et meridie. quasi. totum principes sarracenorum occupauerant. propter quod et ecclesia. fidelium eo quod magometh blasphemabat multam persecutionem sustinuit. et quam plurimos de christianis sarraceni interfecerunt. nec non infectus demonum incantationibus sacrificijs sacrilegis ac monachorum peremptionibus sic ecclesiamque dei persequitur. quod etiam uesaniam dyocleciani persecutoris ecclesie quondam transcendere uidebatur.

777

Leo IIII. imperauit. V. annis. per se. hic cum insaniret. cupiditate concupiuit cuiusdam ecclesie coronam habentem carbunculos. quam cum portaret in capite. febre [101] correptus moritur. [102]

782.

Constantinus VI. filius leonis cum yrene matre [103] sua. imperauit. X. annis. sed quia matrem priuauit imperio. ipsa rancore stimulata femineo [104] filium exoculans. imperat [105] tribus annis. Constantinus uero ante execationem [106] sine matre imperauit. V. annis Huius constantini primo anno quædam lamina aurea [107] in constantinopoli in quodam sepulchro cum quodam defuncto ibidem iacente inuenta est cum hac scriptura christus nascetur ex uirgine maria. et credo in eum sub constantino et yrene imperatoribus o sol. iterum me uidebis. horum imperii anno. VIII. facta est sancta synodus. Nicena CCCL. [108] sanctorum patrum. in qua affirmatum est spiritum sanctum a patre et filio procedere. [109] Hijs temperibus sol. XVII. diebus obcecatus est non apperuit. ita ut multi dicerent propter execationem pij imperatoris hoc contigisse. hyrene autem ut securius regnaret. oculos filiorum constantini filij sui fecit euelli. ne quid malli aduersus eam propter patris execationem quam mors secuta fuerat machinarentur.

899:

Nichephorus 1. imperat [110] constantinopoli annis. IX. [111] quibus temporibus imperium orientale quasi ad nichilum deuenerat. [112]

([101] febri. ([102] *I. d. A.*: *781. addit*: CONSTANTINVS LXXI. ([103] Hyrene M. ([104] r. f. s. ([105] Imperauit. ([106] excæcationem. ([107] a, l. ([108] *addit*: Episcoporum. ([109] *I. d. A.*: *790. sex reliquis vacuis relictis.* »Hijs — machinarentur« *desunt. addit*: NICEPHORVS LXXII. ([110] Nicephorus imperauit. ([111] decem. ([112] *I. d. A.*: *799. addit*: MICHAEL LXXIII.

800.

Michael 1. imperator imperauit annis. II. vir. orthodoxus et amabilis omnibus [113] qui omnes quos leserat auaricia niphori consolatus est ipsos ditando. Omnes etiam qui aduersabantur orthodoxe fidei conabatur extinguere.

Imperatores.

NB.

Karolus 1. magnus imperator. accepit imperium romanorum et imperauit annis. XIIII. Mense I. diebus. IIII. Hic existens rex francorum antequam esset imperator. precibus pape. Adriani uocatus fuit. et obsedit longobardos in papia ubi cepit desiderium regem. et uxorem. eius. quos captiuos duxit in franciam. Qui ueniens romam confirmauit omnia quæ frater [1] eius pipinus [2] dederat beato petro apostolo. adiuncto ei ducatu spoleti et beneueti. [3] et ob rogatu [4] romanorum factus est imperator. Huius tempore comites. et palentini rolandus et ceteri sarracenos in yspania [5] deuicerunt. sed prodicione gimelonis [6] comitis mortuj sunt. Hic subactis saxonibus et alijs germanis et pene tocius occidentis regibus [7] colonie trans renum [8] duos pontes construxit. Hic barbam ad pedes [9] longitudinem deferens cibo potuque teperatus [10] fuit. filios suos quam cito etas [11] patiebatur faciebat equitare et armis intendere filias uero laniuicio assuescere [12] coloque ac fuso ne [13] otium torpescerent. Regemque [14] francorum quod post patrem suum pipinum [15] regendum susceperat. quam plurimum ampliauit christianum cultum summa pietate. semper excoluit. Romam ueniendo de equo ad miliare [16] descendit. et pedes eundo per urbem omnium ecclesiarum postes humiliter deosculatus fuit. sic [17] etiam tunc in urbe monasterijs et ecclesiis multa munera largitus fuit. [18] Hic etiam solitus erat cum se de nocte in lecto deponeret ad capud suum pennam et incaustum cum pergameno deponere ut si in stratu aliquid utile futuro tempere faciendum cogitatu occurreret. ne a memoria laberetur scriberet uel signaret. Hic etiam percipiens [19] terram sanctam occupatam a

---

([113]. *I. d. A.*: *800.* »qui omnes — — extinguere« *desunt. addit*: CARVLVS MAGNVS. LXXIV. ([1]. Pater. ([2]. Pe. ([3]. Beneuenti. ([4]. rogatum. ([5]. Palatini, Roll. et cæt. Sarac. i. Hisp. ([6]. Sammonis. ([7]. Regionibus. ([8]. Coloniæ l. Rh. ([9]. pedis. ([10]. temperatus. ([11]. ætas. ([12]. lanificio consuescere. ([13]. *addit*: per. ([14]. Regnum quoque. ([15]. Pep. ([16]. mill. ([17]. Ac. ([18]. *Quæ modo sequuntur usque* — signaret.« *desunt.* ([19]. e. p. *desunt.*

sarracenis. legatis patriarche ierosolimitani et constantini imperatoris constantinopolitani receptis terre sancte. compatiens cum magno exercitu illuc usque peruenit. et recuperata terra cum per constantinopolim rediret auro argento gemmisque preciosis a constantio imperatore exhibitis cum nollet recipere. solas christi. et [20] sanctorum reliquias postulauit. præmissoque ieiunio et oratione recepit de corona domini partem quæ tunc cernente floruit [21] et clauum unum passionis domini. [22] partem crucis dominice. et sudarium domini et camisiam beate [23] marie. et brachium sancti symeonis [24] quæ omnia concomitantibus multis miraculis secum detulit. et. in. aquisprani [25] in basilica sancte marie quam extruxerat recondidit. Ad numerum etiam elementorum. id est. literarum in alphabeto cenobia fundauit. et in uno quoque per ordinem unam literam de auro fabricatam plus quam. C. libris. turonensibus ualentem reliquit. ut ex ordine literarum tempus fundationis unius cuiusque monasterij cognosceretur quæ litere adhuc [26] plerisque monasterijs reperiuntur. [27] hic etiam. IIII. archiepiscopatus. videlicet treuerensem. coloniensem. maguntinensem. ac salceburensem. decimis ac honoribus ampliauit. Karulus uero [28] filio suo primogenito [29] lodoyco [30] coronato plenus bonis operibus coronatur [31] moritur. et aquisgrani in basilica sancte marie quam ipse construxerat [32] honorifice sepelitur. [33] ante uero quam moreretur aduocatis ecclesiarum prælatis quos habere potuit. omnes thesauros eis tradidit. per ecclesias distribuendos.

Pontifices.

751.

STephanus II[us] natione romanus ex patre constantio [1] sedit. annis. V. Mense. I. [2] et cessauit. Mense. I. [3] hic ob infestationem arstulphi [4] regis lombardorum pergens in franciam unxit pipinum [5] in regem francorum. Cui venienti. pipinus [6] occurrit ad trium miliarium [7] spatium de equo descendens et per frenum [8] stratoris officium exercens vsque ad suum deduxit pallatium. [9] Hic vltimo anno pontificatus sui romanum [10] imperium a grecis transtulit ad [11] germanos in personam

---

([20] ac. ([21] p, q. t. c. f. *desunt*, ([22] e. c. u. p. d. *desunt*. ([23] S. ([24] S. Sim. ([25] Aquisgrano. ([26] *addit*: in. ([27] *Quæ nunc sequuntur usque* — Karulus uero. « *desunt*. ([28] *addit*: Hic. ([29] *deest*. ([30] Louico. ([31] *deest*. ([32] i. b. s. m. q. i. c. *desunt*. ([33] *I. d. A. 814.* »ante uero — distribuendos« *exciderunt*. *NB. in Cod. revert. ad pag. 62.* ([1] Constantino. ([2] diebus viginti octo. ([3] *addit*: diebus quinque. ([4] Astulphi. ([5] Pe. ([6] Pe. v. ([7] mill. ([8] e. p. f. *desunt*. ([9] Palat. ([10] *deest*. ([11] in.

magnifici regis karoli. [12] de qua translatione tangit decretalis venerabilem. [13]

756.

Paulus 1. natione romanus. ex patre constantio. [14] sedit annis. X. Mense. I. [15] Hic constituit diuina officia celebrari ante [16] VI. in XL^ma. Iste transtulit corpus beate [17] petronille virginis filie beati petri apostoli cum tytulo [18] quem beatus petrus scripserat [19] aureo [20] petronille dilectissime filie et in sarcophago præcioso reposuit. [21] Iste fuit mitissimus et misericors nulli malum pro malo reddens. Hic cum paucis familiaribus suis in noctis silentio per cellas infirmorum et pauperum incarceratorum circuibat. necessaria ipsis ministrando. viduis etiam ac pupillis et alijs egenis opem ferebat. hic cum propter estiuum calorem apud sanctum paulum moraretur ibidem mortuus sepelitur. Sed post a romanis cum magno honore apud sanctum petrum sepelitur. hoc tempore sanctus gengulphus in burgundia claret hic in francia fontem emit et in burgundia exire imperauit. hic cum uxorem propter adulterium dimisisset. ab adultero clerico occiditur. Sed cum uxor eius miraculis derogando diceret si gengulfus miracula facit anus meus cantet. quod mox completur. quia semper cum loquebatur anus cantabat.

766.

COnstantinus 11. [22] natione romanus sedit anno. I. Mense. I. Hic ex layco [23] subito factus presbyter tyrannica ambitione papatus inuasor magno fuit scandalo ecclesie dei. Sed zelo fidelium ab ecclesia turbatus [24] oculis priuatur. [25]

768.

STephanus 111. natione syclus [26] ex patre oliuo. sedit. annis. III. Mensibus. VI. [27] et cessauit. diebus. VIII. [28] Hic ex gallia et ytalia rome conuocato synodo. omnia a constantino ordinata deordinauit.

([12] magnifici Karuli, tunc in iuuenili ætate constituti. ([13] D. VENERABILEM. *I. d. A.*: *765. addit*: PAVLVS XCVII. ([14] Constantino. ([15] *addit*: et cessauit anno vno, mense vno, de Regione Vie latæ. ([16] *addit*: horam. ([17] S. ([18] Tit. ([19] *addit in marg.*: Aureæ. ([20] Aures. ([21] *I. d. A.*: *760. sequitur spatium vacuum quinque annorum.* »Iste fuit — cantabat« *desunt. addit*: CONSTANTINVS XCVIII. ([22] C. *addit*: ex Laicis. ([23] Laico. ([24] deturbatus. ([25] *I. d. A.*: *767. addit*: STEPHANVS XCIX. ([26] S. tertius, n. Siculus. ([27] m. quinque. diebus viginti octo. ([28] nouem. *addit*: Sepultus est in Vaticano, Basilica S. Petri.

præter baptisma et crisma.[29] et omnes per ipsum degradatos ordinauit.[30] Sepultus est in vaticano apud sanctum petrum.

771.

Adrianus 1. natione romanus ex patre. theodoro.[31] sedit annis. XXIII.[32] Mensibus. X. diebus. XVIII.[33] Huius precibus uocatus karolus magnus pipini filius. obsedit longobardos in papia vbi cepit desiderium regem et vxorem eius quos captiuos duxit in franciam et veniens romam reddidit omnia quæ pater eius pipinus dederat beato petro. adiuncto quoque ei ducatu spoletano et beneuentano. et ob hoc ipse patricius rome est effectus.[34] hic edificauit[35] turres et muros vrbis rome hic portas ereas[36] maiores dedit sancto petro huius tempore celebrata est VII[a] sancta[37] synodus. CCC[ordm.] episcoporum apud constantinopolim aliam synodum ipse papa adrianus presente karolo rege rome celebrauit in qua fuerunt. CLIII.[38] religiosi episcopi. et alij abbates et prælati in qua karolo dedit adrianus papa. et synodus[39] ius eligendi pontificem et sedem apostolicam ordinandi. Item archiepiscopos per singulas prouincias[40] inuestituram ab ipso[41] recipere anathematizauitque omnes huic decreto rebelles.[42] quicquid etiam longobardi romanis a retroactis temporibus abstulerant. totum restituit. et tunc cessauit regnum longobardorum karolo[43] in tota ytalia dominante. Hoc tempore floruit albinus qui et alcuinus eruditor karoli.[44] Hic genere anglicus clarus ingenio. in philosopfia excellentissimus. non tantum sciencia sed etiam in[45] morum honestate præclarus. et ab ipso karolus[46] didicit omnes artes liberales. Qui et studium de vrbe[47] persysius[48] transtulit quod de grecia illuc translatum a romanis fuerat.[49] Cui etiam karolus commisit monasterium sancti martini turonis regendum. nam monachi præterite religionis obliti adeo defluxerant. quod scericis induti vestibus. et deauratis calciamentis incedebant carnis oblectamentis vacando. Vnde uno monacho vidente. duo angeli

---

([29]. Chrisma. ([30]. ordinatos deordinauit, et degradauit. *I. d. A.*: *770. addit*: ADRIANVS C. ([31]. *addit*: de Regione Via lata. ([32]. viginti quatuor. ([33]. *addit*: et cessauit diebus tribus. ([34]. *addit*: Hic restauravit S. Anastasium ad aquam [*addit in marg.*: Saluiam] Salinam post incendium. ([35]. H. ædif. ([36]. æreas. ([37]. s. septima, S. CCCC. ([38]. ... quatuor. ([39]. Carolus d. Adriano Papæ in Synodo. ([40]. *addit*: a. Papa. ([41]. ab i. *desunt.* ([42]. *addit*: et iussit bona ipsorum, nisi recipiscerent, publicari. ([43]. Karulo. ([44]. Karuli e. ([45]. in *deest.* ([46]. Karul. ([47]. *addit*: Romana. ([48]. Parisios. ([49]. Græcia i. t. f. a. Romanis. *I. d. A.*: *790. spatio quinque annorum vacuo remanente.* »Cui etiam — sanctum petrum« *desunt. addit pro anno*: 796. LEO CI.

dormitorium intrantes. omnes monachos exstinxerunt. excepto illo solo qui angelos videbat qui ne interimeretur sed ad pœnitentiam reseruaretur vix ab angelis obtinuit. Post hoc factum fuit alcuinus huius cenobij abbas et gubernator ac omni sanctitate informator. et post laudabilem vitam ibidem doctor egregius tumulatur. Adrianus vero papa tam intra romam quam extra multas ecclesias restauravit. verum etiam muros rome qui diruti erant. et usque fundamenta destructi renouauit. hic in monasterio sancti stephani congregationem monachorum instituit. vt in ecclesia beati petri. cum tribus monasterijs quæ tercius gregorius instituit. laudes et cantus persoluant sedulos. Hic beatus pontifex post laudabilem vitam. sepultus est apud sanctum petrum.

797.

LEo .111. natione romanus. [50] sedit annis. XX. Mensibus. V. [51] hic dum pergeret die sancti marci cum letanijs quas ipse constituit [52] ad sanctum petrum. captus et cecatus [53] est linguaque præcisa. [54] Sed deus omnipotens [55] reddidit ei loquelam et visum [56] postea pergens ad karolum [57] regem francorum ibi cum magno suscipitur [58] honore. et redijt romam cum rege præfato purificante se de criminibus illatis facta est vindicta de inimicis eius [59] hic fecit porticum sancti petri quæ adhuc dicitur ciuitas leonina. [60] et muro eam cinxit propter incursum sarracenorum. Hic beatus pontifex post innumera bona. sepultus est aput sanctum petrum. Letanias autem quas instituit sic ordinauit. videlicet. secunda feria summus pontifex cum omni clero et populo ab ecclesia dei genitricis ad presepe egrediens. pergat cum ympnis et canticis ad ecclesiam saluatoris. feira IIIa. ab ecclesia sancte sabine ad sanctum paulum. Feria. quarta. ab ecclesia iherusalem ad sanctum laurentium foris muros.

Pontifices.

816.

STephanus 1111. [1] sedit. mensibus. VII. et cessauit. diebus. XVIII. Hic natione. romanus. ex patre iulio. sepultus est in ecclesia. sancti.

([50]. *addit*: ex Patre Azulpho. ([51]. *addit*: diebus sexdecim. Et cessauit diebus tribus. ([52]. *addit*: ante Ascensionem. ([53]. excæcatus. ([54]. præcisa etiam lingua ei. ([55]. omnipotens. ([56]. v. e. l. ([57]. Carulum. ([58]. susceptus est cum maximo. ([59]. p. R., et facta est vindicta de eius inimicis: purificante se Papa de quibusdam criminibus sibi illatis *addit*: Idem Rex est coronatus in Romanum Imperatorem. ([60]. Leonina. *I. d. A.*; *804. remanente vacuo spatio undecim annorum.* »et muro eam — foris muros« *desunt. addit* STEPHANVS IV. CII. *pro anno*: *816.* ([1]. S. IV.

petri. hic gallias ueniens honorifice [2] ab imperatore lodoyco [3] suscipitur. et captiuuos multos per franciam redimens romam reuersus diem clausit extremum [4] tribuendos.

817.

Paschasius 1. [5] natione. romanus. ex patre marino. sedit. annis. VII. diebus. XVII. et cessauit. diebus. XVIII. hic corpus beate. cecilie ipsa ei reuelante et corpus beati tyburcij [6] et valeriani. nec non et sancti urbani papa. de cimiterio ubi fuerunt recondita [7] manu propria eleuans intra urbem in ecclesia beate cecilie honorifice collocauit. [8] Hic etiam ante additum ad corpus beati petri circa hostia aurea altare construxit. et in ipso corpus sancti sixti primi recondidit. hic etiam ecclesiam sancte braxedis cenobium grecorum monarchorum [illegible] instituit. et innumera corpora sanctorum ex cimiterijs colligens. ibidem honorifice recondidit.

824.

Evgenius natione. romanus. sedit annos. III. menses II. [9] Hic ex patre bonomundo [10] per laycos romanos cecatus [11] est et martyrio coronatus et [12] sepultus est in ecclesia. sancti. petri. in vaticano. [13] Hic primus cardinalis sancte sabine existens. eandemque ecclesiam tyburio argenteo super altare et pictura sollempni. decorauit.

827.

Valentinus. 1. dies. [14] XL. et cessauit. dies. III. [15] hic natione romanus.

828.

Gregorius [16] 1111. ex patre iohanne sedit. annis. XVI. Hic natione. romanus. ecclesiam sancti martini in monte prius a fundamentis destruxit et post ea nouis fabricis erexit. Hic ex assensu ludewici [17] imperatoris et omnium episcoporum instituit [18] festum omnium

---

([2] honorifice. ([3] Ludouico. ([4] *I. d. A.*: *816* PASCHALIS. CIII. ([5] Paschalis. ([6] Tiburtij. ([7] Cœm. v. f. reconditi. ([8] *I. d. A.*: *821. relicto spatio duorum annorum.* »Hic — recondidit.« *desunt. addit*: EVGENIVS CIV. ([9] annis tribus, mensibus duobus. ([10] Bononomundo; ([11] lai. R. cæc. ([12] *deest.* ([13] *I. d. A.*: *826.* »Hic — decorauit« *desunt. addit*: VALENTINVS CV. ([14] V. natione Romanus, sedit diebus. ([15] diebus tribus. *I. d. A.*: *827.*: »h. n. r.« *desunt h. l.*; *addit*: GREGORIVS IV. CVII. ([16] G. IV. ([17] Lodoici. ([18] *addit*: vt

sanctorum celebraretur. Kalendis. nouembris in partibus francie et germanie quod ex institutione bonifacij pape. romani faciebant. Huius tempere orta est magna turbatio christianis. Nam de romanis quidam scelerati miserunt ad soldanum babilonie. ut romam uenientes ytaliam possiderent. [19] tanta itaque multitudo sarracenorum per portum centum scellensem [20] intrans repleuit superficiem terre. ut locuste. Obsessa roma capitur ciuitas leonina. ecclesia. sancti petri. spoliatur et equorum stabulum efficitur. [21] non solum ciuitas sed omnis tuscia in solitudinem redigitur. Tandem ad petitionem gregorii pape. gvido marchio cum lumbardis [22] ueniens. post lodoycus [23] rex cum gallicis et cum multa sanguinis effusione christianorum sarraceni [24] sunt fugati. Huius tempore etiam sarraceni apuliam et syciliam deuastauerunt. [25] Hic beatus pontifex sanctorum martyrum corpora. Sebastiani. gorgonij. ac tyburcij. ex cimiterijs in quibus ante iacuerant ad ecclesiam. sancti. petri. perduxit et in oratorio sancti gregrorii seperatis altaribus collocauit. Corpus etiam sancti gregorii. A loco ubi prius iacuerat eleuans sub altari ipsius posuit. et post innumera bona sepultus est. apud. sanctum. petrum.

844.

Sergius 11. [26] natione romanus. ex patre sergio sedit. annis. III. Mensibus. II. et cessauit. diebus. XV. Hic uocabatur os porci. vnde ab isto in antea omnes proprium nomen imitauerunt. [27] Isto [28] coronauit [29] Lotharium imperatorem. [30]

847.

Leo V. natione. romanus. ex patre dualdo. sedit. annis. VIII. Mensibus. III. diebus. VI. et cessauit. diebus. VI. Huius tempore adulphus rex anglorum qui prius [31] totius anglie obtinuit monarchiam. deuotionis causa uenit romam. et coram leone papa. obtulit tributum sancto petro de una quaque domo argenteum unum in anno et hoc tributum usque hodie perseuerat. [32] Hic pontifex katholicus multe pa-

---

([19] veniens I. possideret. ([20] Centumcellensem. ([21] *alldit*: et. ([22] Lombardis. ([23] Lodouicus. ([24] Saraceni. *ita semper fere.* ([25] Siciliam d. *I. d. A*: *839. remanente spatio vacuo 4 annorum.* »Hic beatus — sanctum petrum.« *desunt. addit*: SERGIVS II. CVII *pro anno*: *844.* ([26] S. II. ([27] nomen suum proprium mutauerunt. ([28] Hic. ([29] *corr in marg.*: forte Lotharium. ([30] Lodouicum imperatorem. *I d A.*: *846. addit*: *LEO CVIII* ([31] primus. ([32] *addit in margine*: Subtraxit illud Papæ Henricus VIII. et suis usibus applicauit. Vide Sanderum in lib. de schismate Anglicano.

tam per. VI. menses pane et aqua demum ab omni cibo et potu per triennium abstinuit. Huius etiam tempore in gallia ante solsticium estiuale magna tempestate exorta cum grandine ingens fragmentum glaciei cecidit. cuius latitudo. VI. pedum. et longitudo. XV. et altitudo Duorum fuit. Strabus discipulus rabbani abbatis claret. qui librum ad ludowicum imperatorem de fco. ecclesie. scripsit.

840.

Lotharius 1. imperauit annis. X. Huius tempore sarraceni funditus ecclesias bonorum [37] apostolorum petri et pauli cum omnibus romanorum finibus dilapidati sunt. qui postea ad [38] affricam unde uenerant redeuntes in alto pelago dimersi sunt. Hic senior filius ludewici [39] solus usurpat imperium. De hoc duo alij [40] fratres sui dolentes contra ipsum parant bellum. [41] et in pago altisiodorensi conuenientes tanta cedes [42] utrinque facta est qualis nunquam facta est in gente francorum. Et cum ipsorum iuuenes attenuate [43] essent ut aduersarijs [44] resistere non possent. pacem inter se fecerunt regna diuidendo. imperio tamen [45] lothario remanente. Tunc exijt fama in affricam et ysipaniam de pugna eorum [46] trium fratrum pro imperio. et ideo sarraceni et alie diuerse gentes quomodo romanum imperium inuadant contendunt. Huius tempore romani de mari per ligerim galliam intrantes. pene totam ferro [47] igne deuastant. Saxones. etiam ex alia parte se imperio opponendo. galliam ferro et igne deuastant.

Item [48] Lotharius cum ludowico [49] filio suo. imperauit annis. V. Lotharius vero. XV°. imperij sui anno. partito inter filios regno. renunciauit. [50] seculo. et in prouincia monasterio suscepto habitu monachali. non multo post hoc [51] obdormiuit in christo. [52] de cuius anima maxima. inter angelos et demones altercatio fuit. itaquidem quod etiam cunctis assistentibus corpus distrahi uidebatur. Sed monachis orantibus demones sunt fugati. Anno lotharij. IX. sancta helena constantini mater. rome in ecclesiam sanctorum marcellini et petri. sepulta in

---

([37] B. ([38] in. ([39] Lodou . . ([40] a. d. ([41] b. p. ([42] cædes. ([43] vires *addit*: adeo attenuatæ. ([44] *addit*: suis. ([45] cum. ([46] Afr. et in Hisp. d. p. horum. ([47] *addit*: et. ([48] *addit*: hic. ([49] L *deest*. ([50] *Cod. addit*: secundo. *quod idem calamus mox deleuit*. ([51] *deest*. ([52] *I. d. A.*: *854.* »de cuius anima — — excolitur.« *desunt addit*:

francia transfertur. et in dyocesi remensi. cum magna ueneratione excolitur.

Pontifices.

855.

Benedictus 111. natione romanus. sedit annis. II. mensibus. V. et cessauit. [1] diebus. XV. Hic ex patre patrodo constituit ut clerici ordinate incederent et honeste. [2] Hic etiam inter alia bona. quæ fecit porticum apertam ciuitas. usque ad sanctum paulum. et aliam porticum aperta ciuitatis usque ad sanctum laurentium restauravit. sepultusque est in ecclesia sancti petri.

858.

Nicholaus 1. [3] natione. romanus. ex patre theodero. [4] sedit. annis IX. Mensibus. II. diebus. XV. [5] Hic uir fuit sanctissimus post magnum gregorium papam. uix nullus [6] in sede roma [7] apparuit illi comperendus. [8] Cuius ordinationem lodowicus. [9] imperator sua præsentia roborauit.

Huius tempore colonie [10] orta tempestate populo in basilica sancti petri confugiente subito fulmen instar [11] ignei draconis cecidit scindens basilicam et tres homines diuersis in [12] locis occidit. sex semiuiuos relinquens. [13] Huius tempore sanctus cirillus pene omnium sclauorum apostolus corpus sancti clementis pape. a cersona ubi in mare ponticum proiectum fuerat mari exsiccato auferens romam depertauit. quod. per papam et romanos in ecclesiam sancti clementis fuit reconditum. ubi et ipse sanctus cirillus paucis diebus expletis defunctus sepelitur. Nicholaus etiam papa. post multa bona etiam que fecit in ecclesia beati petri sepelitur.

867.

Adrianus 11. natione. romanus. ex patre thalaro episcopo sedit annis. V. Ad hunc lothariuus rex quem nicholaus [14] papa. pro adul-

---

([1] et cessauit. *desunt.* ([2] *I. d. A.*: *757.* »Hic etiam — sancti petri.« *desunt. addit in altera columna*: »IOANNES CÆSAR LEctori. Candide Lector, ne mireris hoc loco prætermitti Ioannem quem uocant octauum, Fœminam ortam, vt fabulantur, Moguntiæ. Non erasimus e Codice nostro, vt fortassis criminaberis: verum candide ea quæ scripta innenimus, edimus. Nihil plane addidimus, nihil etiam subtraximus, solum demptis erroribus manifestissimis Librarii manu commissis, quos fideliter, vbi visum fuit, sustulimus.« ([3] Nicolaus. ([4] Theodoro. ([5] d. viginti. ([6] ullus. ([7] Romana. ([8] comparandus. ([9] Lodou . . ([10] Coloniæ. ([11] ad instar. ([12] i. d. ([13] *I. d. A.*: *866.* »Huius — sepelitur.« *desunt. addit*: ADRIANVS CXI. ([14] Nic...

terio excommunicauerat romam ut se excusaret uenit. a quo dum per ostensionem innocentie sue. [15] ad. communionem corporis et sanguinis ihesu [16] christi tam ipse quam optimates sui per papam inuitati fuissent omnes quia [17] indigne perceperant. ipso anno mortui sunt. [18] Rex autem [19] ipsa uia redeundo. palencie defunctus est. [20]

872.

IOhannes VIII. [21] sedit annis. X. diebus. II. Hic unxit oleo karulum filium lodowici [22] regis in imperatorem. Huius tempere sarraceni per ytaliam [23] discurrentes ecclesiam sancti benedicti de monte [24] cassino destruxerunt. Ad hunc iohannem tohannes romane ecclesie dyaconus uitam primi gregorij. pape. in. IIII. libellis laudabiliter scripsit. hic iniuriam perpessus est a romanis ita ut in custodia detentus [25] esset. eo quod non fauebat karulo [26] cum in francia fuisset. Nam cum lodowico balbo [27] sibi contrario fere per annum moratus fuerat. [28] Hic tradidit [29] uenerabili magistro ansegiso senonensi archiepiscopo [30] sanctissimi gregorij. et brachium leonis pape. Quas reuerendas reliquias senonensi. in ecclesia sancti petri cum magna reueneracion e collocauit.

882.

MArtinus 11. sedit. anno. I. mensibus. V. et cessauit diebus II. [31]

883.

ADrianus 111. natione romanus. ex patre benedicto. sedit anno I. mensibus. IIII. [32] Hic constituit. ut imperator non intromitteret se de electione [33] pape.

885.

Stephanus V. natione romanus. ex patre adriano de uia lata. sedit. annis. VI. diebus IX. et cessauit. diebus. V. [34] Huius temporis

---

([15] pro ostensione innocentiæ suæ. ([16] *deest.* ([17] qui. ([18] m. s. i. a. ([19] etiam. ([20] Placentiæ mortuus est. *I. d. A.*: *871. addit*: IOANNES VIII. CXII. ([21] Ioannes VIII. ([22] Carolum F. Lodouici. ([23] Sarac. in Ital. ([24] in monte. *addit mendose*, *ast iterum deleuit*: sancti. ([25] tentus. ([26] Carolo. ([27] Lodouico Balbo. ([28] *I. d. A.*: *878.* »Hic — collocauit« *desunt.* ([29] *Codex bis legit*: »Hic tradidit« *sed primum rubro deletum.* ([30] *Codex omittit*: caput. *Edito addit post trium annorum vacuum spatium*: MARTINVS CXIII. ([31] *I. d. A.*: *883. addit pro 884*: ADRIANVS CXIV. ([32] m. tribus. ([33] *I. d. A.*: *884.* p. *deest.* addit: STEPHANVS CXV. ([34] *I. d. A* : *886. remanente spatio vacuo quatuor annorum.* »Huius — honorauit.« *desunt.*: *addit*: FORMOSVS CXVI.

cum normani adiunctis sibi dacis pene totam galliam deuastarent propter ipsorum timorem corpus beati martini de turonis altisiodorum est deportatum et in ecclesia beati germani collocatum. Sed monachis propter oblationes litigantibus et suo sancto miracula quæ fiebant ascribentibus pro determinatione leprosus inter sanctos martinum et germanum positus. ex parte martini curatur. interim et alia nocte reuersus. ex alia parte ex eodem curatur. non propter impietatem germani. sed quia hospitem honorauit.

891.

Formosus episcopus portuensis. sedit annis. V. mensibus. VI. et cessauit. diebus. II. Hic. per picturam renouauit totam ecclesiam beati petri principis apostolorum. Hic aliquando ob timorem iohannis pape. fugiens episcopatum portuensem. dereliquit. et post cum reuocatus redire nollet. anathematizatus est. Sed post [35] ad papam. in galliam ueniens. usque ad laycalem statum degradatus est. Insuper iurauit. nec romam nec ad episcopatum se regressurum. [36] post a martino successore iohannis contra iuramentum restitutus. non solum romam est reuersus. sed etiam [37] romanum pontificatum suscepit. propter quod de facto ipsius multa altercatio fuit. prout in sequentibus patebit. [38]

896.

Bonifacius 1. natione tuscus. [39] diebus. XV. [40]

897.

Stephanus. VI. anno. I. Mensibus. III. et cessauit. diebus. III. [41] natione romanus. hic a formoso papa episcopus anagnie [42] ordinatus. ipsum formosum persequitur. et omnes ordinationes ipsius irritas debere esse decreuit. legitur etiam quod ipse corpus formosi in concillo [43] positum et papali ueste exutum laycali [44] induit. et duobus digitis dextere ipsius [45] abscissis manus ipsius. [46] in tyberim iactari præcipit [47]

898.

Romanus 1. [48] Mensibus. III. diebus. XXII. [49] natione romanus.

([35] postea. *Cod. superscribit*: ad. ([36] reuersurum. ([37] et. ([38] *I. d. A.*: *895. addit*: BONIFACIVS CXVI. ([39] *addit*: sedit. ([40] *I d. A.*: *896. addit*: STEPHANVS CXVIII. ([41] *addit*: Is fuit. ([42] Anaginæ. ([43] F. i. Concilio. ([44] laicali *addit*: habitu. ([45] *deest*. ([46] m. i. a. ([47] i. Tib. i. p. *I. d A.*: *898. addit*: ROMANVS CXIX. ([48] R. *addit*: sedit. ([49] *I. d. A.*: *899.* n. r. *desunt. addit*: THEODORVS CXX.

889.

Theodorus 1. diebus. XX. natione romanus. [50] Hic contra thephanum. [51] papam [52] sentiens [53] reconciliauit omnes ordinatos a formoso. [54]

900.

Iohannes. IX. annis. II. diebus. XV. [55] Hic pugnam fecit. cum romanis. hic ad confirmandam formosi ordinationem synodum. LXXIIII^{or}. episcoporum. rauenne statuit. ubi. synodus quam stephanus papa. contra formosum [56] fecit. reprobata fuit. [57]

Imperatores.

855.

Lodewicus [1] 11. imperauit annis. XXI. Iste habuit prœlium cum romanis. Hic fuit lotharij filius. A sergio papa. in regem confirmatus. et XXI. [2] anno sine patre regnauit. Huius tempore corpora sanctorum mártyrum urbani pape. et tyburtij altisiodorum [3] dicuntur translata et in ecclesia. sancti germani deposita. Per idem tempus normanni aquitanie terminos repetentes andegauis turonis. pictauiam [4] deuastant. Quibus ranulphus dux aquitanie occurrens. perimitur. et ceteri. a normannis tanquam óues a lupis. consumuntur. Huius tempore gens danorum angliam deuastant. [5] regemque piissimum et christianissimum illius prouincie ayamundum [6] capitali sententia condempnant. [7] eodem tempore etiam [8] in brixia ytalie. tribus diebus et tribus noctibus sanguis de celo pluisse fertur. Huius ludowici filius karolus [9] iunior in præsencia patris. et optimatum uexatus est a demone. per III. dies. [10] et in ipsa uexatione fassus est hoc [11] sibi accidisse. ideo quia contra patrem conspirationem tractauerat. ludowicus in ytalia [12] moritur. et garulus patruus [13] eius in imperatorem sublimatur. Huius ludowici [14] tempore regem francorum korolum [15] domestica cura in filijs afflixit. Nam karulo magno [16] usque ad dyaconatus ordinem promotum. patrem cepit et excecauit [17] pro eo quod [18] aposta-

---

([50] T. n. R., sedit d. viginti. ([51] Stephanum. ([52] *addit in marg.*: sentiens. ([53] sæuiens. ([54] *I. d. A.*: — *addit pro anno 900*: IOANNES CXXI. ([55] d. viginti. ([56] c. f. *desunt.* ([57] *I. d. A.*: *901. addit*: BENEDICTVS IV. CXX. ([1] Lodouicus II. ([2] coronatus: viginti et vno. ([3] Tiburtij Altisiodori. ([4] Andegauum, Turonas, P. ([5] deuastat. ([6] Aymundum. ([7] condemnat. ([8] E. etiam t ([9] Lodouici F. Carulus. ([10] per tres d. i. p. P. et O. v. e. a. D. ([11] hæc. ([12] Lodoicus i. I. ([13] Carulus P. ([14] Lodouici. ([15] Carulum. ([16] N. Carolomannum. ([17] Pater cæpit et excæcauit. ([18] *addit*: ad.

siam conuersus omni genere [19] regnum perturbans. alter iulianus effectus fuerat. Porro alter filiorum karolus dum cum quandam [20] fortitddinem suam uoluisset experiri. incaute peremtus [21] perijt. [22] Huius tempore iohannes scotus doctissimus in scriptis in franciam uenit. et rogatu ludovici yerarchiam dyonisij de greco in latinum stranstulit. quod postea per discipulos quomodo docebat stilus confessus. mortuus est.

876.

KArolus [23] 11. imperator imperauit. anno. I. et mensibus. IX. Huius tempore sarraceni perdiderunt sciciliam. [24] Hic karolus caluus [25] dictus [26] romam properat. et iohannem papam. ac [27] romanos per munera sibi attrahens. imperator efficitur. Sed statim a ludewico fratre [28] suo bellum contra [29] ipsum paratur eo quod se inconsulto imperium usurpauit. Hic karolus [30] tam in francia quam in ytalia multa monasteria et ecclesias construxit. et [31] destructas reparauit. ℣ Suo tempore comitatus flandrie exordium habuit. flandria enim antea non erant tantinominis. nec epilene sicut modo. sed ad regem [32] francorum forestarijs regebatur. Imperator uero cum a galijs in ytaliam [33] pergeret. per quemdam iudeum [34] sedeciam nomine pocionatus [35] in alpibus diem clausit extremum. Iste in compendio monasterium sancti corneli [36] fundauit. Hoc opidum [37] cogitauerat facere adinstar constantinopolis. [38] et nomine suo iam appellauerat kariopolim. [39]

881.

Karolus [40] 111. imperator qui dicitur [41] grossus uel iunior [42] annis. XII. Huius tempore maxima fames fuit fere per totam ytaliam. Hic galliam et germaniam pacifice possidens. Anno secundo imperij sui. a iohanne papa. coronatur. ℣ Hijs diebus plusquam. V. millia. normannorum a gallicis perimuntur. Demum normanni danis

---

([19] *addit*: nocendi. ([20] Carulus, d. c. quodam. ([21] peremptus,. ([22] *I. d. A.*: *868.* »Huius— mortuus est.« *desunt*, *remanente trium annorum spatio vacuo. addit*: CARVLVS II. LXXVIII. ([23] Carulus II. ([24] Sarac. p. Sicil. ([25] H. Carulus C. *addit in ora*: dictus. ([26] *deest.* ([27] Ioan. P., et ([28] Lodouico F. ([29] c. *superscriptum in Cod.* ([30] Carulus. ([31] vel. ([32] nominis, sicut est m., n. tantæ opulentiæ, sed a Regum. ([33] Gallis i. H. ([34] *addit in ora*: Sedechiam ([35] Sedenciam n. potionatus. ([36] S. Cornelij. ([37] Oppidum. ([38] Constantinopolis. ([39] Carulopolim. *I. d. A.*: *881. addit*: CARVLVS III. LXXVIIII. ([40] C. tertius. ([41] *addit in marg.*: Crassus. ([42] *addit*: imperauit.

sibi adiunctis. franciam et [43] lothoringiam. [44] peruagantes. igne ferroque multas ciuitates consummunt. Sico [45] coloniam. leodium. Tungris ambianis. et treueris [46] et quam plurimas alias. Cumque galli et germani sic se a normannis paganis opprimi cernerent. karoli [47] imperatoris auxilium inuocant. et dum cum manu potenti contra normannos uenisset. rex normannorum facta pace. per matrimonium. baptizatus est. et per imperatorem de sacro fonte susceptus. et tandem cum non possent [48] ipsos de francia expellere concessit eis regiones que ultra secanam [49] erant. quæ pars usque hodie dicitur normannia a normannis. ¶ Primus dux normannorum fuit. Robertus. genuit autem gihelmum. gihelmus [50] uero richardum. Richardus secundum Richardum. et robertum guiscardi. [51] Hic apuliam. calabriam et siciliam deuicit. venetos quoque et alexium imperatorem grecorum superauit. Qui robertus genuit gilhelmum notum [52] Karolus uero imperator deficiens corpore et spiritu ab optimatibus regni repudiatur. Hic ante modicum tempus zelatus uxorem suam pro eo [53] quod plus iusto [54] familiariter ageret cum uercellensi episcopo. protestatur se nunquam ipsam [55] cognouisse illa uero se esse uirginem [56] gloriata accepto repudio monasterium intrauit. Hijs diebus gens ungarorum a scitia [57] egressa et a pincernatis propulsa. in pannoniam primitus uenit. et eiectum inde auanibus [58] ibi usque hodie permansit. Hec gens illo tempore adeo inculta fuisse narratur. ut carnibus crudis ad cibum. humano uero sanguine uteretur ad potum. quem admodum [59] phalangi qui ultra ruthenos morantur. [60]

894.

ARnulphus 1. imperauit annis. XII. [61] Hic normannos qui gallia uastata. lothoringiam. et dardaniam [62] circa leodium et circa maguntiam uastabant. increduli plaga uastauit uel [63] prostrauit. et tunc cepit iugum [64] normannorum et dacorum [65] cessare. qui. XL. annis galliam astauerant. Demum imperator arnulphus longa infirmitate

---

([43] et *deest. addit in marg.*: Lothoringiam. ([44] Thorongiam. ([45] consumunt; sicut. ([46] C. L. Tungros, Ambianum, Treueros. ([47] Caruli. ([48] posset. ([49] Sequanam. ([50] Guilielm. ([51] Guischardi. ([52] Gulielmum nothum. ([53] p. e. *desunt*. ([54] q. nimis. ([55] illam. ([56] v. s. e. ([57] Hung. a Scythia. ([58] eiectis i. Auaribus. ([59] *addit*: et. ([60] *I. d. A.*: *893. addit*: ARNVLPHVS LXXX. ([61] a. octo. *in Cod. potius legendum*: VII. ([62] G. v., q. Lotharingiam et Arduennam. ([63] u. u. *desunt*. ([64] cæpit regnum. ([65] Danorum.

tabefactus. nulla arte medicinali poterat adiuuari. quin a pediculis consumeretur. Arnulpho succedit filius eius lodovicus. [66] sed ad coronam imperij. non peruenit. vnde ipse fuit finis imperij quantum ad posteritatem karoli [67] culpis exigentibus quia ecclesia [68] quas patres eorum exstruxerant. non fauebant [69] sed pocius disipabant. [70]

902.

Bene dictus[1] 1111. annis. III. mensibus. II. et cessauit. diebus. VI. natione romanus. [2]

905.

Leo [3] VI. diebus. XL. hunc post. XL. dies ordinationis sue [4] christophorus presbyter suus capiens et in carcerem tradens [5] inuasionem sacrum. [6] rapuit præsulatum. qui cum. VII. Mensibus. præfuisset. a sergio papa deponitur. et in carcerem tamquam inuasor retruditur. [7]

906.

Xristophorus .I. Mensibus. VII. hic de papatu eiectus factus est monachus. [8]

907.

SErgius 111. natione. romanus. ex patre benedicto. sedit. annis. VII. Mensibus. III. diebus. XV. [9] et cessauit. diebus. VIII. [10] Huius tempore ecclesia lateranensis. corruit. quam papa. a fundamento reparauit. Hic sergius dyaconus per papam. formosum. a papatu. reprobatur. [11] tandem papa. factus ad francos se contulit. quorum auxilio christophorum inuasorum [12] papatus. incarcerans romam egressus [13] papatum. obtinuit et in ultionem sue repulse [14] formosum de sepulchro extractum. et in sede pontificali sacerdotali [15] indutum decollari præcepit. et in tyberim iactari. et omnes per ipsum ordinatos deordinauit. quem a piscatoribus inuentum. et in basilica beati petri positum. quædam sanctorum ymagines adorasse et uenerabiliter salutasse uise sunt palam omnibus. [16]

([66] A. F. e. L. s. ([67] Caroli. ([68] Ecclesias. ([69] fouebant ([70] potius dissipabant. *I. d. A.*: *901. addit*: LODOVICVS LXXXI. ([1] B. IV. ([2] n. R. sedit a. quatuor, m. duobus e. c. d. sex. *I. d. A.*: *904. addit*: LEO VI. CXXIII. ([3] L. VI. ([4] s. o. ([5] trudens. ([6] *deest.* ([7] detruditur *I. d. A.*: *905. addit*: CHRISTOPHORVS CXXXIV. ([8] *I. d. A.*: *606. addit*: SERGIVS CXXV. ([9] d. sexdecim. ([10] d. septem. ([11] reprobatus. ([12] Inuasorem. ([13] ingressus ([14] suæ repulsæ. ([15] sacerdotaliter. ([16] p. o. visæ s. *I. d. A.*: *913, addit*: ANASTASIVS III. CXXVVI.

914.

ANathasius [17] .111. annis. duobus. Mensibus. II. et cessauit. diebus. II. natione. romanus. [18]

916.

LAudo 1. Mensibus. VI. et cessauit. diebus XXXI. natione romanus. [19]

IOhannes X. annis XIII. Mensibus. II. diebus. III. Hic fuit filius sergij pape. et episcopus rauenas [20] qui inuasor ecclesie fuit. et ab omni populo rauennato [21] depositus est. Huius consilio et auxilio sarraceni. qui tune dominabantur in ytalia primo prope urbem [22] deuicti sunt. Demum ipse papa cum marchione alberico iurans [23] apuliam contra sarracenos apud garilianum [24] cum sarracenis durum bellum habentes. uictores effecti. postquam romam redierunt. a populo romano cum gaudio et honore sunt accepti. Sed post discordia interueniente marchio de urbe expulsus. in orta castrum exstruens. ibi se recepit. et nuncios pro ungaris ut terram christianorum [25] possiderent. misit. qui uenientes totam tusciam depopulando mares et feminas et quidquit [26] tollere poterant. in ungariam deportauerunt. Propter quod romani commoti [27] prædictum marchionem trucidauerunt. Vngari uero post singulis annis per multa tempora fines romanos deuastare soliti erant. [28] Iohannes uero papa. a militibus comitis guidonis captus et in carcerem missus. super os ceruicali posito strangulatus est. In cuius loco alter iohannes subrogatur. et quia idem iohannes et male intrauerat. et statim eietus fuit. ideo in numero pontificum non ponitur.

936.

JEo. [29] VIII. mensibus. VI. diebus. XV. et cessauit. [30] diebus. X. natione. romanus. [31]

([17] Anastasius III. ([18] n. R. a. duobos — duobus. *I. d. A.*: *915. addit*: LANDO CXXVII. *in ora*: Lando. *ast in textu*: ANDO. ([19] *I. d. A.*: *916. addit*: IOANNES DECIMVS. CXXVIII. ([20] Rauennas. ([21] Rauennate. ([22] Vrbem. ([23] intrans. ([24] Galianum. ([25] Romanum. ([26] quidquid. ([27] c. *deest.* ([28] *I. d. A.*: *929.* »Iohannes — non ponitur.« *desunt. addit*: LEO VII. CXXIX. ([29] L. VII. ([30] *addit*: Episcopatus. ([31] *addit*: fuit. *I. d. A.*: *930. addit*: STEPHANVS VII. CXXX.

932.

Stephanus [32] VIII. annis. II. Mense. I. diebus. XII. et cessauit. diebus duobus. natione romanus. [33]

IOhannes XI. annis. IIII. mensibus X. diebus. XV. et cessauit. die I. [34] natione. romanus [35] Huius primo anno in namiensi ciuitate. fons sanguinis largissime effluxit forte portendente ipsius imminente claudere. nam eodem anno sarracennis ab affrica uenientibus capta fuit. et hominibus ac thesauris euacuata.

936.

Leo [36] VIII. annis. III. Mensibus. VI. diebus. X. et cessauit die I. natione romanus. [37]

939.

Stephanus [38] IX annis. III. Mensibus. IIII. diebus XV. et cessauit. diebus. X. Hic natione. romanus. [39] fuit mutilatus [40] a quibusdam romanis. [41]

942.

Martinus [42] 111. annis. III. Mensibus. VI. diebus XIII. et cessauit. diebus. III. natione. romanus. [43]

AGapitus [44] 11. annis. VIII. Meusibus. VI. diebus. X. et cessauit diebus. XII. natione romanus.

Imperatores.

902.

LVdeuicus [1] 111. imperauit annis. VI. Istius tempore inceperunt ytalici ymperare. [2] exempto enim imperio a francis. fertur ad ytalicos secundum sententiam romanorum quia [3] francigene non adiuua-

---

([32] S. VII. ([33] n. R., a duobus mense vno, d. duodecim. *I. d. A.*: *931.* et c. d. d. *desunt. addit*: IOANNES CXXXI. ([34] et c. d. I. *desunt h. l.* ([35] *addit*: fuit. Cessauit Episcopatus die vno. *I. d. A.*: *933. remanente duorum annorum spatio vacuo.* „Huius — euacuata.“ *desunt. addit*: LEO VIII. CXXXII. ([36] L. VIII. ([37] n. R., sedit a. tribus, m. sex. d, decem, et e. d. vno. *I. d. A. 938 addit*: STEPHANVS VIII. CXXXIII. ([38] St. VIII. *addit*: sedit. ([39] Germanus. ([40] intitulatus. ([41] *I. d. A.*: *941. addit*: MARTINVS II. CXXXIV. ([42] M. II. ([43] n. R., sedit annis... — d. tribus. *I. d. A.*: *944. addit*: AGAPITVS II. CXXXV. ([44] A. II. ([45] n. r. a. decem, m. sex, d. decem, e. c. d. duodecim. *I. d. A.*: *946. remanente per sex annos vacuo spatio. addit pro anno*: *953.* IOANNES XII. CXXXVI. ([1] Lodouicus III. ([2] cæperunt I. i. ([3] quod.

bant romani contra lonbardos [4] rebellantes et multas iniurias ipsis [5] inferentes propter quam causam tempore istius ludovici diuidi cepit [6] imperium. Quidam enim sicut. infra. patebit tantum in ytalia et quidam tantum per alimanniam [7] imperabant. usque ad octonem [8] primum. qui cepit utrobique imperare. [9] Iste ludouicus berengarium qui tunc regnabat per ytaliam fugauit et cum pro ipso regnaret uerone capitur. et excecatur. et berengarius imperio restituitur.

908.

Berengarius 1. primus [10] imperauit annis IIII^{or}. Iste [11] prudens in armis. et habuit bellum cum romanis. Eodem tempore. A uilhermo [12] pio principe burgundie. cluniacense monasterium fundatum est. [13]

912.

Conradus 1. almannus [14] imperauit annis. VII. tamen inter imperatores non numeratur. quia non imperauit in ytalia. et ideo caruit. benedictione imperali. Huius tempore sarraceni apuliam calabriam et pene totam ytaliam deuastant. Anno. VII. conradus rex moriens coram principibus regni. regem designat henricum filium octonis ducis saxone i. [15]

916.

Berengarius 11. annis. VIII. in ytalia regnauit. [16]

920.

Henricus 1. rex imperauit annis. XVII. [17] et hoc per almanniam. [18] vnde nec ipse inter imperatores computatur quia non regnauit in ytalia. nec fuit per papam coronatus. Huius tempore spitigneus dux bohemorum [19] ad fidem conuertitur. et licet fuerit neophitus præ ceteris tamen iste iuste ac religione principatur. Postquem [20] uens-

---

([4] Francigenæ n. a. Romam c. Lom. ([5] ipsis i. ([6] Lodouici d. cœpit. ([7] Allemanniam. ([8] Ottonem. ([9] cæpit v. i. *I. d. A.*: *904. remanente per quatuor annos vacuo spatio.* »Iste — restituitur.« *desunt. addit*: BERENGARIVS LXXXII. ([10] primus. *deest.* ([11] *addit*: fuit. ([12] Hoc t. a Guilielmo. ([13] *I. d. A.*: *912. addit*: CONRADVS LXXXIII. ([14] Alemannus. ([15] Ottonis Ducis Saxonum. *I. d. A.*: *916. addit*: BERENGARIVS LXXXIV. ([16] B. imperauit nouem a. i. Italia. *I. d. A.*: *919. addit*: HENRICVS LXXXV. ([17] octodecim. ([18] Alemanniam. ([19] Spitiginæus Dux Boëmorum ([20] Postquam.

ceslaus [21] filius eius iustitia et sanctitate præclarus. cui fursinus boleslaus [22] piis et sanctis ipsius actibus inuidens [23] inique aduersatur. et post primo anno primi octonis. [24] ab eo occiditur usurpando [25] principatum. In cuius ultionem octo imperator [26] boleslaum per bellum [27] agreditur. et per. XIIII. annos eum inpugnans cum magna ruina. suorum ipsum superauit. [29] bohemiam totam deuastando. [30] Predictus uero sanctus uuenzeslaus licet esset princeps et dominus tamen tante humilitatis et deuotionis fuit. quod cum uno seruo clam de nocte ad siluam propriam ibat et proprijs humeris ligna deferens ante fores iiduarum. et pauperum clam deponebat. Colligebat etiam spicas de agro suo nocte et uirga excuciens et manu propria hostias faciens distribuebat per ecclesias. Hic post. CCC. annos passionis sue. regi clauco-rum henrico quiescenti per uisum apparuit eique quod suo genere mortis deberet mori reuelauit. præcipiens sibi ut in honore ipsius qui uuenzeslaus uocaretur. monasterium construeret. Qui rex a sompno consurgens de uisione cepit de sancto wenzeslao de quo nunquam ante audiuerat ab episcopis et ab alijs quis ytaliam essent perquirere. et certificatus quod fuisset princeps bohemie et a fratre occisus cepit ad honorem sibi ipsius nominis in riuallia cisterciensis ordinis monasterium magnarum possessionum exstruere. Sed antequam consumasset fratre. suo abeld -- co procurante sicut sanctus reuelauerat peremptus est. Henricus uero [31] rex [32] moritur. [33] et filius eius octo primus in regem coronatur.

Berengarius .III. [34] annis. VII. huius berengarij [35] tempore maximum scisma fuit per ytaliam. [36]

([21]. Wenceslaus. ([22]. Frater suus Boleslaus. ([23]. »p.—i.« *desunt.* ([24]. Ottonis primi. ([25]. u. *deest. addit*: ambitione præripiendi. ([26]. Otto Rex. ([27]. p. b. *desunt.* ([28]. aggrediens, per quatuordecim a. impugnauit. Tandem Rex Otto. ([29]. suorum Bolèslaum bello superans. ([30]. t. Boëmorum deuastauit. »Predictus — peremptus est.« *desiderantur.* ([31]. u. *deest.* ([32]. *addit*: decimo octauo anno. ([33]. *addit*: Qui licet in vincendis inimicis fuerit gloriosus, in eo tamen, quod Italiam a Tyrannis Berengario et alijs non recepit, benedictione Imperiali caruit. *I. d. A.*: *924.* »et filius — coronatur.« *desunt. addit*: HVGO LXXXVI. Hugo imperauit annis sex in Italia. *I. d. A.*: *925. quinque reliquis. vacuis relictis. addit*: BERENGARIVS LXXXVII. ([34]. B. imperauit. ([35]. b *deest.* ([36]. Schisma f. in Italia. *I. d. A.*: *931. sex reliquis vacuis relictis. Quæ de Berengario III. Codex habet adscripta sunt rubro in margine a prima manu.*

938.

Lotharius 1. imperauit annis. II. Istius tempore sol factus est sicut sanguis. vnde post paucos dies magna cedes hominum secuta est. [37]

940.

Berengarius IV. cum alberto [38] suo imperauit in ytalia annis. XI. qui berengarius nimia feritate premebat ytaliam et aluidam lotharij imperatoris relictam incarceratam tenebat. Sed octo rex almannie [39] ytaliam potenter intrans berengario depulso. reginam liberat. eamque sibi pro uxore. accipiens natalis [40] festum domini papie [41] celebrat. Sed post [42] berengario ab octone [43] in gratiam recepto lombardiam sibi reddidit excepta marchia triuisina et ueronensium et aquileia. Sed paruo post tempore [44] ab apostolica sede et a lombardia uemunt et [45] legati ad octonem de tyramnuele [46] berengarij conquerentes Otto uero pro corona imperij. uocatus romam tendendo cum in lombardiam uenisset berengarium captiuauit. et bauuariam [47] in exilio misso romam uenientes [48] a papa et a romanis sellempniter recipitur. [49]

Pontifices.

958.

Iohannes XII. de regione uia lata sedit. annis. VII. Mensibus. X. diebus. V. et cessauit diebus. XII. ex patre [1] alberico principe. Hic albericus cum esset potens in urbe uocatis nobilibus rogauit eos et induxit iuramento constringendo [2] ut mortuo agapito papa. promouerent filium suum octauianum in papam. Quod et factum est. uocatusque est iohannes. Hic erat uenator et totus lubricus adeo quod etiam publice feminas tenebat. propterquod [3] quidam cardinalium. et romanorum scripserunt occulte. [4] ottoni [5] principi saxonum ut scandalo ecclesie compatiens sine. [6] romam. [7] properaret. Hoc papa percipiens johanni dyacono cardinali [8] tamquam huius facti consiliario nasum. et alteri iohanni dyacono [9] qui literas scripserat [10] manum amputari fecit. Hic cum frequenter per imperatorem et clerum de sua correctione

---

([37] cædes h. sequuta e. *I. d. A.*: *939. addit*: BERENGARIVS LXXXVIII. ([38] *addit*: filio. ([39] Otto R. Alemanniæ. ([40] Natale. ([41] D. f. Papiæ ([42] postea. ([43] Ottone. *ita deinceps.* ([44] t. p. ([45] *deest.* ([46] Tyrannide. ([47] Bauariam. ([48] veniens. ([49] *I. d. A.*: *954. remanente 10 annorum vacuo spatio. addit pro anno*: *955*: OTTO LXXXX. ([1] *addit*: Alberto. ([2] contingendo. ([3] propterea. ([4] *deest.* ([5] Othoni. ([6] *addit*: mora. ([7] *deest.* ([8] Ioa. Di. C ([9] Ioa. Subdi. ([10] scripserunt.

fuisset monitus non correctus præsente imperatore de papatu. destitutus communi uoto leo papa. eligitur. [11]

962.

Benedictus [12] V. Mensibus. II. diebus. V. et cessauit. diebus. XX. Hic uiuente leone papa. a romanis in papam elegitur. [13] propter quod imperator octo [14] cum romam obsideret traditur benedictus imperatori a romanis et leone restituto benedictus in exilio in saxionia moritur [15] in hamburch [16] sepelitur. Iohannes uero papa. oble tatus [17] adultera sine penitentia subito moritur. [18]

963.

Leo XI. anno. I. Mensibus. IIII. et cessauit. diebus. VII. [19] Hic papa. malitiam romanorum statuit ut nullus papa fieret nisi de assensu imperatorum.

964.

IOhannes [20] XIII. narienses [21] sedit. annis. VII. Mensibus. XI. diebus. XV. et cessauit. diebus. XIII. [22] Hic a petro [23] urbis rome [24] comprehensus est. et in castello sancti angeli detrusus. deinde in campaniam in exilium missus. [25] X. menses et XXVIII. dies. reuersus est romam. et de persecutoribus eius ab octone [26] imperatore supplicium est sumptum. nam nobiles urbis quos culpabiles inuenit alios trucidauit alios laqueo suspendit. quam plures uero in exilium ad saxonie partes transmisit. [27]

Benedictus [28] VI. anno. I. Mensibus. VI. et cessauit. diebus. X. Hic natione. romanus. in castello sancti angeli retrusus. strangulatus est asinthio. [29]

972.

Bonus. VI. I. anno. [30] Mensibus. VI. et cessauit diebus. II. [31]

([11] *I. d. A.*: *961. addit*: BENEDICTVS V. CXXXVII. ([12] B. v. ([13] eligitur. ([14] o. *deest.* ([15] *addit*: et. ([16] Hamburg. ([17] Ioan. v. oblectatus. ([18] *I. d. A.*: *962. addit*: LEO VIII. XXXVIII. ([19] *I. d. A.*: *963.* »Hic — imperatorum.« *desunt.* ([20] Ioan. XIII. ([21] Nariensis. ([22] *addit*: Episcopatus. ([23] *addit*: Præfecto. ([24] r. *deest.* ([25] *addit*: post. ([26] Ottone. ([27] Saxonisē p. t. *I. d. A.*; *970. addit*: BENEDICTVS VI. CXL. ([28] B. VI. ([29] absinthio. *I. d. A.*: *971. addit*: DONVS CXLI. ([30] Donus anno vno. ([31] *I. d. A.*: *972. addit*: BONIFACIVS VI. CXLII.

973.

Bonifacius [32] 11. Mense. I. diebus. XII. et cessauit. diebus. XX. Hunc romani suffocato benedicto. VI. papam. fecerunt. qui [33] post [34] non ualens in urbe subsistere. deprædata ecclesia sancti petri omnibus pretiosis fugit in constantinopolim. tandem romam cum magna pecunia rediens. cum proficere non posset iohanni dyacono cardinali oculos eruit. et ipso [35] subito demum [36] extinctus fuit. [37]

976.

Benedictus [38] VII. annis. VIII. Mensibus. VI. et cessauit. diebus. V. Hic ex [39] fauore imperatoris multos ex romanis capi fecit. natione. romanus. fuit. [40] Huius tempore fuit in ræmensi. ecclesia archiepiscopus uir honorabilis Radulphus nomine. de genealogia karoli magni quæ am in regno francie regnare cessauerat propagatus quem hugo. tunc rex francie de alia prosapia genitus in corde hodio habens conuocatis episcopis allegans ipsum illegitimum deponi procurauit. Gilbertum monachum philosophum. imo potius nigromanticum substituendo. Quod summus pontifex intelligens legatum misit rem̃. et concilio conuocato. Gilbertus deponitur. et rudolphus restituitur. Gilbertus depositus ad ottonem imperatorem se contulit. quem et ipse sciencia erudierat. qui accepta oportunitate primo rauenna in archiepiscopum post romanum pontificem dyabolo. instigante fieri procurauit. qui. infra. dictus est siluester. secundus vnde uersus. Scander in ℣. Gilbertus. ad ℣. post papa. gerens ℣.

IOhannes [41] XVI. natione. romanus. sedit. annis. X. Mensibus. VII. diebus. X. et cessauit. diebus. VI. Hic fuit in artibus [42] eruditissimus et. multos libros composuit. hunc crescentius patricius urbis in tantum cepit [43] persequi. quod. ipsum oportuit urbem relinquere et

---

([32] B. VI. ([33] *addit in ora*: Post. ([34] prius. ([35] Ioa. Dia. C. o. exemit: et ipse. ([36] deinde. ([37] *I. d. A*: *973. addit*: BENEDICTVS VII. CXLIII. ([38] B. VII. ([39] ex. *deest*. ([40] *I. d. A.*: *975. remanente spatio vacuo per octo annos.* »Huius t. — gerens R.« *desunt. addit*: IOANNES XIV. CXLIV. *ad annum scilicet*: *983. Deinde*: IOANNES XIV. sedit mensibus octo, et cessauit diebus decem. Hic in Castello S. Angeli per quatuor menses fame afflictus est, et sepultus in Vaticano S. Petri. *I. d. A.*: *984. addit*: IOANNES XV. CLXV. Anno Domini: 985. IOANNES. XV. natione Romanus, sedit mensibus quatuor, et cessauit die vno. *I. d. A.*: *985. addit pro anno sequenti*: IOANNES XVI. CXLVI. ([41] Ioahn. XVI. ([42] armis. *ita et Coᵈcx ante corr. ab ead. manu* ([43] cœpit.

tusciam intrare. Cognito autem crescentius quod papa pro octone. III. [44] misisset pape [45] ut ad urbem rediret. nuncios misit. et ueniente papa ipse cum senatu ad pedes pape: ueniam postulauit. sicque papa. facta pace rome est defunctus. [46]

997.

GRregorius [47] V. natione [48] saxo ex patre octone [49] annis. II. mensibus. V. et cessauit. diebus. XV. [50] Hic bruno antea dictus cum esset consanguineus octonis. III. [51] ad instanciam imperatoris est in papatu [52] electus. sed post paruum tempus crescentius consul urbis placentinum episcopum de gnomone constantinopolitani [53] cum magna pecunia redeuntem in papatum intrusit. sed hoc factum per imperatorem grauem ultionem recepit. [54]

Iohannes. [55] [illegible] Mensibus. X. et cessauit. [56] diebus. XX. Hic nichil [57] con[illegible] hic natione grecus. [58] placentinus episcopus uiuente papa greg[illegible]er consulem urbis papatum habuit. sed post per imperat[illegible]em exocu[illegible] [59] fuit. [60]

1000.

SIlue[illegible] [61] 11. annis IIII. Mense I. diebus. VIII. et cessauit. diebus. XXIII. Iste natione gallicus nomine Gillibertus [62] qui mortuus fuit ad sanctam crucem in ierusalem. Hic primum iuuenis floriacensis cenobij in aurelianensi dyocesi [63] monachus fuit. Sed dimisso monasterio homagium dyabolo. fecit [64] ut sibi omnia [65] ad uotum [66] succederent quod dyabolus. [67] promisit adimplere. Ipse [68] obsequijs dyaboli. insistens frequenter sub [69] desiderijs suis cum eo loquebatur. Veniens autem in yspalim yspanie causa [70] discendi. in tantum profecit quod sua doctrina etiam maximis placuit. habuit enim discipulos octonem [71]

([44] Ottone tertio. ([45] pro Papa, *ita prius et Codex legebat; nunc* pro *erasum*, —e *adscriptum est.* ([46] *I. d. A.: 995. addit*: GREGORIVS V. CXLVII. ([47] G. V. ([48] *hoc loco rasura longitudinis duarum sylabarum punctis expleta.* ([49] Otthone, *addit*: sedit. ([50] et c. d. XV. *desunt.* ([51] Ottonis tertij. ([52] Papam. ([53] Legatione Constantinopolitana. ([54] *I. d. A.: 997. addit*: IOANNES XVII. CXLVIII. ([55] Ioa. XVII, *addit*: sedit. ([56] Episcopatus. ([57] nih. ([58] Græ. ([59] *Cod. legebat*: exosculatas. *nunc* s *erasum.* ([60] *I. d. A.: 999. addit pro anno: 1000 titulum columnæ primæ*; SYLVESTER II. CXLIX. ([61] Sy. II. *addit*: sedit. ([62] Gilib. ([63] dioc. ([64] Diabolo fecerat. ([65] o. *deest.* ([66] *addit in ora*: omnia. ([67] Dia. *ita deinceps.* ([68] Idem. ([69] super. ([70] Hisp Hispaniæ caussa. ([71] Ottonem.

imperatorem. et robertum regem francie qui inter alia sequencia. [72] Sancti spiritus assit [73] nobis gratia. composuit et leothericum qui post [74] fuit archiepiscopus senonensis. Sed quia idem gillibertus [75] quam plurimum honoris [76] ambiebat. dyabolus. ea quæ uolebat [77] ad uotum impleuit. [78] fuit enim primo remensis [79] archiepiscopus. post rauennas. Tandem. papa et tunc quæsiuit a dyabolo. quam diu uiueret in papatu. [80] Responsum habuit. [81] quam diu non celebraret in ierusalem. Gaulsus fuit [82] ualde sperans se longe [83] a fine. sicut longe fuit [84] a uoluntate peregrinationis [85] in iherusalem [86] ultra mare. Et cum in XL^ma^ ad ecclesiam [87] quæ dicitur in [88] iherusalem in laterano celebraret. ex strepitu demonum [89] sensit sibi mortem adesse. suspirans ingemuit et licet [90] sceleratissimus esset de misericordia dei non desperans reuelando coram omnibus peccatum. membra omnia quibus obsequium dyabolo præstitit [91] iussit prædici et demum truncum mortuum super ligna [92] poni, vt vbicumque animalia perducerent et subsisterent ibi sepeliretur [93] quod et factum est. Sepultusque est in lateranensi ecclesia et in signum misericordie consecute. [94] sepulchrum ipsius tam ex tumulatu [95] ossium quam ex sudore præsagium est [96] pape morituri sicut in eodem sepulcro est litteris exaratum. [97] Circa hoc tempus fuit in vasconia mulier ab umbilico sursum diuisa duo pectora et duo capita habens vna comedente vel dormiente altera quæ-

---

([72] Sequentiam,. ([73] adsit. ([74] prius. ([75] Gilbertus. ([76] honores. ([77] petebat ([78] compleuit. ([79] Rhem. ([80] i. P. *desunt.* ([81] *addit*: quod. ([82] est. ([83] *addit*: esse. ([84] esset. ([85] *Dimidium hujusce vocis terminat quinternionem quartum, alia manu, alioque atramento scriptum; dimidium ulterius vero, ejusdem vocis, videlicet*: =tionis *inchoat novum Codicis quaternionem per manum, quæ Codicem et incœpit et consummauit.* ([86] Ierus. *ita constanter.* ([87] in Ecclesia ([88] in *deest.* ([89] Dæm . . ([90] licet autem. *Hæcce linea usque*: desperans *uncinis inclusa.* ([91] præstiterat. ([92] bigam. ([93] sepelrent. ([94] misericordiæ consequutæ. ([95] tumultuatu. ([96] est. *superscriptum in Cod. ab ead. m.* ([97] *I d. A. 1001.* »Circa — sunt.« *desunt. addit ecntra alteram columnam, quæ sic habet*: »**Annotatio Ioannis Cæsaris.** Quæ de Sylnestro recitata sunt, absque vllo Authoris testimonio asseruntur, vana et mendacissima, quæ repetunt ex hoc loco Balæus insignis Impostor, et verarum Historiarum impudens falsarius, et post eum Spangenbergius, de quo tamen Blondus Eugenij IV. Pontificis Secretarius Decade 2. lib. 3. scripsit. Nullum scriptorem affirmare dubitat Syluestrum II. litteris, moribusque ornatissimum fuisse. Imo ipse Panthaleon Pontificis et Ecclesiæ Romanæ hostis lib. de Illustrib. parte 2. fol. 88. insignibus præconijs hunc Pontificem extollit. Vide Onuphrium Panuvvinum, in Annotatione ad Platinam, et Robertum Belarminum de Romano Pontifice lib. 4. c. 12. in fine. Chronologium Genebrardi, et Cæsarem Baronium.« *Insuper addit pro anno 1002.* IOANNES XVIII. CLI.

doque neutrum faciebat. vixeruntque multo tempore nec vno tempore ambe mortue sunt.

Imperatores.

956.

OTto 1. imperauit annis. XII. Hic fuit primus imperator theutonicorum [1] exempto enim imperio ab ytalicis soli theutonici imperauerunt vsque in [2] præsens tempus. Hic potens cum esset in saxonia. et multis annis regnasset per allemaniam[3] quidam de cardinalibus et de romanis. propter malum statum iohannis papę. XII. miserunt occulte ad ipsum vt super necessitate romane ecclesie romam venieret. et etiam imperij gubernacula possideret. Ipse vero per lombardiam et tusciam potenter veniens romam. a papa et a clero et a populo [4] hororifice est receptus. et in imperatorem coronatus. multa donaria faciens [5] ecclesijs. Hic pacata ytalia. cum uxore sua lombarda in saxoniam redijt. de qua filium genuit. tam regni quam sui nominis possessorem. Cui etiam filiam imperatoris constantinopolitani. de romano sanguine procreatam. in coniugem dedit deinde propter bonum statum romane ecclesie [6] pluries romam veniens. et iterum ad partes suas rediens. ibidem pijs operibus vivendo. [7] in allodio suo apud magdeburch. [8] ecclesiam mire pulchritudinis in honore [9] sancti mauricij [10] fabricauit. et eam maximis possessionibus ampliauit. Hic post depositionem iohannis pape propter infamiam leonis [11] papae a clero vrbis creato. postquam romani ipso absente. tercium papam videlicet benedictum creassent. romam veniens cum magno exercitu eam obsedit. quovsque benedictum papam intrusum [12] sibi præsentauerunt. qui leone papa reducto ad [13] sedem suam pacificatis omnibus redijt ad saxoniam ducens secum benedictum papam qui ibidem in exilio est sepultus. Hic etiam multitudinem paganorum. circa eundem locum habitantium convertit [14] ad christum. [15] et in magdeburch in ecclesia sancti mauricij feliciter est sepultus.

968.

OTto 11. cum filio suo ottone annis. XX. [16] Hic cum grecos in calabria incaute persequeretur. amissis militibus exiliens de manu

---

([1] Teut... *ita deinceps.* ([2] ad. ([3] Alem.. ([4] *addit*: Vrbis Romanæ, ([5] fecit. ([6] E. R. ([7] intendendo. ([8] Magdeburg, ([9] ad honorem. ([10] S. Martini. ([11] Leoni. ([12] i. P. ([13] in. ([14] conuertens. ([15] fideliter est defunctus. *I. d. A.*: *967.* »et — sepultus« *desunt. addit*: OTTO II. XCI. ([16] O. II. viginti a. c. O. F. s. imperauit.

eorum euasit. Demum [17] exercitum congregans beneuentum obsedit. qua capta. ossa beati bartholomei vt dicitur inde asportauit. ac rome in insula [18] in quadam concha [19] collocauit. et in terram suam. per tyberim et mare in præfata conca transferre cogitauit. [20] Sed eo in breui vita exempto preciosus thesaurus ibi remansit vsque ad hodiernam diem. Hic filio suo ottone in saxonia relicto. [21] cum regina et exercitu magno per ytaliam transiens. venit romam ibique a benedicto. VII. cum magno gaudio et leticia est coronatus. [22] erat enim summa pax inter papam et imperatorem. Accidit quod eodem tempore [23] agareni et barbarie. chalabrie [24] fines ingressi. omnia igne et ferro [25] vastabant. Contra quos otto imperator cum theutonicis, [26] lombardis [27] gallicis et romanis præcedens. [28] acriter dimicauit. sed romanis et beneuentanis terga vertentibus christianorum exercitus omnino pene [29] est exstinctus. Imperator vero solus ad mare [30] perveniens. [31] qsosdam rogauit vt ipsum in nauim reciperent. asserens se vnum de militibus imperatoris. Qui suscepto eo in nauim considerantes dispositionem et decorem ipsius. [32] loquebantur grece [33] credentes ipsam non [34] intelligere quod ipse esset imperator et quod vellent ipsum constantinopolim ducere [35] ad imperatorem suum. Quod imperator intelligens et grauiter dolens circumuenit ipsos asserens se magnam pecuniam habere [36] absconditam inscitia [37] rogans vt illuc irent. et accepta pecunia simul cum gaudio properarent. ipsis autem propter hoc ad litus [38] ac cedentibus. vidit imperator episcopum in armis probum cesum [39] nomine. et invocato auxilio suo. [40] omnes nautas ibidem trucidauerunt. [41] quod nec vnus euasit per virtutem sancti petri [42] quem imperator sollicite inuocabat. et sic ad imperatricem veniens. [43] cum gaudio ab ipsa et a suis baronibus susceptus romam rediens post paucos dies est defunctus. et apud sanctum petrum honorifice tumulatus. [44] Hoc tempore sanctus adalbertus natione bohemus [45] floruit. Hic primum episcopus pragensis. post reuelante deo [46] pannoniam veniens. primum regem vngarorum videlicet sanctum stephanum cum multis alijs bapti-

---

([17] *in Cod. locus rasus, vox*: vnum *adhuc legibilis.* ([18] *addit*: Tyberina. ([19] C. q. ([20] Concha t. excogitauit. ([21] H. O. F. s. r. i. S. ([22] *addit*: cum Regina. ([23] e. t. q. ([24] Calabriæ. ([25] f. e. i. ([26] I. O c. Teut. ([27] *addit*: et. ([28] proc. ([29] pœne o. ([30] *addit in marg.*: perueniens. ([31] *deest.* ([32] eius. ([33] Græce. ([34] n. i. ([35] adducere. ([36] h. p. ([37] in Sicilia. ([38] littus. ([39] P. Cæsium. ([40] s. a. *addit*: Imperator cum Episcopo. ([41] *addit*: quadraginta, *additque in ora*: scilicet. ([42] *addit*: Apostoli. ([43] perueniens. ([44] tumulatur. ([45] Boënius. ([46] reuelatione Dei.

zauit. Demum per polloniam [47] transiens et eosdem in fide confirmans in prutiam [48] veniens ibique prædicando fidem martiryo coronatur. [49] anno domini. nonagesimo. LXXV°. Sub hoc tempore sanctus edowardus rex anglorum a nouerca sua vt dicitur dolo occiditur miraculis choruscando.

999.

ITem [50] otto tercius imperauit annis. XIX. [51] Hic [52] romam veniens a papa gregorio. V. in imperatorem est coronatus. Deinde [53] in apuliam ad sanctum angelum causa peregrinationis et orationis transiuit. sed reditum per beneuentum faciens. corpus sancti paulini episcopi secum romam detulit. Hic ordinata pace in [54] ytalia transitum faciens per galliam in saxoniam est reuersus. Sed crescencius consul romanorum. gregorio. papa. fugato. fecit papam. quendam grecum nomine iohannem [55] placentinum episcopum multum pecuniosum. Quod audiens imperator. ad urbem cum magno furore regressus. crescentium in castro sancti angeli tam diu obsedit. quousque ipsum cum castro captum truncauit capite. ipsum vero pontificem oculis orbatum membris ceteris debilitauit. Demum [56] imperator ordinatis imperij rebus. ducens secum nobiles aliquos romanos in saxoniam est reuersus. Et visitans locum [57] vbi sanctus adalbertus martyr quiescebat [58] accepto ipsius brachio romam est reuersus. locans [59] in insula in ecclesia in qua modo dicitur quiescere bartholomeus [60] apostolus. Tunc imperator incepit [61] construere grande pallatium in urbe in pallatio iuliani imperatoris. sed romanis reclamantibus. imperator multis persecutionibus romanis illatis post paucos dies vitam finiuit. Et [62] licet isti [63] tres ottones [64] per successionem generis regnauerint. post tamen institutum fuit vt per officiales imperij imperator eligeretur. [65] qui sunt. VII. videlicet. III. cancellarij. scilicet. [66] maguntinus cancellarius germanie. Treuerensis gallie. et coloniensis ytalie. Marchio brandburgensis [67] camerarius pa-

---

([47] Polon. : ([48] Prussiam. ([49] martyrio c. *I. d. A.*: *681.* — »anno — choruscando« *desunt. spatium vacuum protenditur usque ad annum*: *988. addit*: OTTO III. XCII. ([50] Item *deest.* ([51] *addit*: In Italia quinque. permansit vacuum regnum annis duodecim. ([52] *addit*: Otto tertius, secundi Ottonis Filius. ([53] *addit*: de Roma. ([54] p. i. *desunt.* ([55] Græcum, Ioan. n. ([56] Deinde. ([57] *addit*: in Polonia. ([58] S. Adelbertus q. M.: ([59] *addit*: illud. ([60] requiescere S. Bartholomæus. ([61] cœpit. ([62] *deest.* ([63] *deest.* ([64] Otthones. ([65] *addit in marg.*: Origo Imperialis Electionis. ([66] *deest.* ([67] Braudeb.

latinus dapifer. Dux saxonie portans ensem [68] pincerna rex bohemie. [69] vde. versus. Maguntinensis treuerensis [70] coloniensis. Quilibet imperij fit cancellarius horum. Et palatinus dapifer. dux portitor ensis. Marchio præpositus camere pincerna bohemus [71] Hij statuunt dompum cunctis per secula summum. [72]

Pontifices.

1002.

IOhannes XVIII. [1] Menses. V. dies. XXV. et cessauit dies. XIX. [2]

1003.

IOhannes XIX. [3] natione romanus. de regione quæ vocatur [4] porta [5] metropolis. [6] annis. V. et cessauit diebus. XXX. Huius tempore floruit rex robertus vita et sciencia præclarus. qui tante deuotionis fuit. quod in festo semper in aliquo monasterio per officium voluit. esse. et non solum cum monachis cantabat. verum etiam capa indictus chorum regebat vnde dum quoddam castrum obsedisset dimisso exercitu. propter festum sancti aniani aurelianis venit et cum regendo c horum alta voce ter. agnus dei flectendo genua incepisset muri castr quod obsedebat funditus corruerunt. Hic fecit sequentiam Sancti spiritus assere.

1008.

SErgius 1111. annis. II. Mensibus. VII. [7] Hic fuit sancte vite. [8] sepultusque est. apud sanctum petrum. [9]

1011.

BEnedictus [10] VIII. natione tusculanus. ex patre gregorio. sedit. annis. XI. Mensibus. XI. [11] diebus. XXI. et cessauit [12] anno. I.

([68]. Saxoniæ ensem portat. ([69]. Pincerna Rex Boëmiæ. ([70]. Treuir . . ([71]. Camerse: Pincerna Boëmus. ([72]. *I. d. A.*: *1001. addit*: HENRICVS I. XCIII. ([1]. Ioan. XVIII. sedit. ([2]. diebus viginti. *I. d. A.*: *1002. addit titulum prioris columnæ*: IOANNES XIX. CLI. ([3]. Ioan. XIX. sedit a. quinque e. c. d. triginta. ([4]. *addit in marg.*: Porta. ([5]. *deest.* ([6]. Metropolis. *I. d. A.*: *1006.* »Huius — asserere.« *desunt. remanente spatio vacuo unius anni; altera columna sic habet*: »ANNOTATIO. Deceptus est hic B. Platina, dum in ordine hunc XXI. vocitat, cum non vigesimus primus, sed decimus nonus fere fuerit; quod etiam Onuphrius obseruauit. Cæterum error accidit hoc modo per transpositionem numerorum: XIX. vndeviginti habes, hoc modo XXI. colligis viginti et vnum, quod facillime. festinantis librarij manu accidere potuit.« *Porro addit pro anno*: *1008*: SERGIVS CLII. ([7]. *addit*: et cessauit diebus octo. ([8]. *addit*: et castæ conuersationis. ([9]. Sepultus est in Basilica S. Petri. *I. d. A.*: *1010. addit*: BENEDICTVS VIII. CLIII. ([10]. B. VIII. ([11]. M. XI. *desunt.* ([12]. d. viginti vnum, et c. Pontificatus.

Hic fuit eiectus de papatu. et factus est quidam alius papa. vnde maximum scisma fuit. Dicit petrus damianus quod quidam episcopus vidit hunc benedictum [13] nigro equo quasi corporaliter insedentem. et dixit ei nonne tu es benedictus papa. quem iam defunctum nouimus. Ego sum inquit ille infelix benedictus. et quomodo est inquid tibi pater? grauiter inquid torqueor sed de dei misericordia [14] non despero. si mihi adiutorium præbeatur. vade ait [15] ad successorem meum iohannem papam, [16] et dic [17] vt in tali theca summam pecunie accipiens pauperibus distribuat. quia quicquid per me pauperibus ante datum fuerat. nichil [18] mihi profuit quia de rapinis fuit. Quod et [19] episcopus fideliter expleuit. et epischopatui cedens monasterium intrauit. [20]

1022.

IOhannes XX. [21] ex patre gregorio sedit annis. IX. et cessauit. [22] diebus. II. Hic natione romanus. [23] guerram habuit cum romanis. [24] Haymericus sancti stephani regis vngarorum filius. virgo cum sponsa sua obijs hoc tempore miraculis choruscando.

1033.

BEnedictus IX. natione tuschanus [25] ex patre alberico sedit. annis. XIIII. Iste eiectus est [26] de papatu et factus [27] papa sabinensis episcopus qui infra dictus est siluester. et idem [28] quoque eiectus est et benedictus recuperauit papatum. Qui [29] iterum eiectus est et datus est papatus iohanni archipresbytero sancti iohannis ante portam latinam. qui. gregorius. VI. infra dictus est. et hic habito papatu cum esset rudis litterarum alterum papam ad uices exsequendas [30] secum consecrari fecit. Quod cum multis non placeret tercius superinducitur qui solus uices duorum [31] impleret. Vno itaque [32] contra duos et duobus de papatu altercantibus contra unum. et mortuo gregorio. henricus imperator contra duos romam accedit. et eis canonica et imperiali censura depositis. Sindigerum bambergensem [33] episcopum. qui et clemens. II. dictus [34] in papatum per uim substituit. a quo

---

([13] *addit*: Papam. ([14] m. D. ([15] inquit. ([16] *deest*. ([17] *addit*: illi. ([18] a. p. pro me d. fuit, nihil. [19]) *deest*. ([20] *I. d. A.*: *1021. addit*: IOANNES XX. CLIV. ([21] Ioan. XX. natione R. ([22] et cessauit *desunt*. ([23] H. n. r. *omittit*. ([24] Habuit g. c. R. *I. d. A.*; *1023. remanente per novem annos spatio vacuo.* »Haymericus — choruscando.« *desunt*. ([25] B. IX. n. Tusculanus. ([26] est e. ([27] *addit*: est. ([28] vocatus est Syl. . . Iste ([29] Et iste. ([30] *addit*: Ecclesiastici officij exeg. ([31] d. v. ([32] tamquam. ([33] Sidigerum Babenbergensem. ([34] infra d. est.

henricus imperator coronatur. romanis sibi promittentibus et iurantibus se sine ipsius consensu nunquam romanum pontificem electuros. Iste benedictus qui fuit nepos superioris [35] benedicti apparuit iuxta molendinum cuidam in specie cuiusdam monstruosi animalis cuius caput et cauda asini erat. reliquum corpus sicut vrsus. Cumque conspector territus fugeret. clamans monstrum post ipsum dixit. noli me [36] expauescere scito me hominem fuisse sicut tu es. Sed [37] represento me sicut olim infelix papa [38] bestialiter vixi. [39] Hoc tempore sanctus episcopus in vngaria super biga ligatus de altissimo monte cursu precipiti martiryo coronatur.

1047.

SIluester 111. diebus. LVI. [40]

GRegorius VI. sancto iohanne ad portam latinam [41] annis. II. Mensibus. VI. Hic cum rege henrico [42] habuit bellum. Hunc gilhelmus in suis cronicis [43] dicit sanctum virum fuisse et cum ad papatum venisset. parum vel nichil ad papatum pertinens propter incontinentiam [44] et negligentiam antecessorum suorum inuenisse. nam pene omnia [45] a prædonibus tollebantur. peregrini romam venientes quasi omnes spoliabantur. et peruenientium oblationes violenter auferebantur. quos omnes papa ammonuit [46] primo post excommunicauit. Tercio quia contempserunt manum armatam apposuit. et primo raptores oblationum sancti petri aut penitus exstinxit aut fugauit. Occisis itaque raptoribus prædia et opida [47] multo tempore amissa recuperauit. Tunc omnes ipsum homicidam clamantes non papam sed sanguinarium dicebant. Cardinales quoque ipsum in infirmitate in qua et mortuus fuit. indignum fore dixerunt in ecclesia sancti petri sepeliri qui tot mortibus hominum sacerdotium fedasset. [48] Tunc papa resumpto spiritu licet infirmus. [49] longum sermonem cardinalibus fecit asserens ipsos stulte locutos [50] esse. et se bene fecisse. inducens illud [51] quod eze-

---

([35] istius *addit in ora*: superioris. ([36] *deest*. ([37] *addit*: modo. ([38] *addit*: existens. ([39] *I. d. A.*: *1046*. »Hoc — coronatur.« *desunt. addit*: SYLVESTER III. CLVI. ([40] Sylv. III. sedit d quinquaginta sex. *I. d. A.*: *1974*. — *addit*: GREGORIVS VI. CLVII. ([41] G. VI. de S. Ioan. ante p. L. sedit. ([42] H. R. ([43] Guilielmus i. s. Ch.. [44]) incuriam. ([45] *deest*. ([46] adm . . ([47] opp. . ([48] foed. ([49] l. i., r. s. ([50] loquutos. ([51] *addit*: Ezechielis Prophetæ.

chiel dixit [52] sacerdotibus qui se non opponebant pro domo israelis murum. [53] et multa alia et post subdidit. Cum mortuus fuero corpus meum ante fores ecclesie sistite. ianuas [54] ecclesie seris et vectibus obfirmate Si voluntate diuina porte aperte [55] fuerint corpus inferte. alioquin de ipso facite quod wltis. [56] Cumque [57] mortuo sic factum esset. turbo diuinitus veniens portas ecclesie firmatas non solum aperuit sed etiam [58] cum magno fragore vsque ad parietem deportauit. [59]

1050.

Clemens. 11. [60] Mensibus. XIX. diebus. VII. hic fuit inuasor ecclesie et per uim papatum habuit. [61] Hijs temporibus floruit fubertus carnotensis episcopus qui inter alia carmina Stirps iesse et solem iusticie. et chorus noue iherusalem composuit.

Imperatores.

1003.

Henricus 11. annis. XII. Mensibus. V. et [1] permansit regnum va. cuum annis. duobus. Huius tempore luna versa [2] est in sanguinem Nota quod plures sunt henrici [3] imperatores. unde cum legitur. [4] henricus primus ratione imperij dicitur primus sed ratione nominis dicitur secundus. [5] fuit enim quidam henricus rex ante ipsum idem intellige de conradis. Huius henrici imperatoris. vxor fuit sancta [6] Cunegundis. [7] et ambo virgines permanserunt. et in bambergensi ecclesia quam edificauerunt requiescunt miraculis choruscando. [8] Hic Henricus primum [9] dux bawarorum. ab omnibus principibus in imperatorem electus multa bella prospere gessit. in germania bohemia et ytalia. postremo volens. soli deo vacare. cum esset christianissimus episcopatum bambergensem fundauit. Regi etiam vngarorum stephano sororem suam dedit [10] in vxorem. tam ipsum quam totum regnum suum ad fidem vocans. [11] Hic etiam ciuitatem bambergensem [12] quæ fuit sancti petri prouarniensis [13] apud papam commutauit. [14]

([52] q. e. d. *desunt*. ([53] m. p. d. Dei Israel. ([54] *addit*: quoque. ([55] portæ appertæ. ([56] vultis. ([57] *addit*: eo. ([58] et. ([59] *I. d. A.*: *1049. addit*: CLEMENS II. CLVIII. ([60] C. sedit. ([61] h. p. *addit*: et cessauit diebus viginti. *I. d. A.*: *1050.* »Hijs — composuit.« *desunt. addit*: DAMASVS II. CLIX. ([1] H. I. imperauit a. duodecim, m. quinque. et *deest*. ([2] conuersa. ([3] *addit*: Reges, quam Henrici. ([4] legis. ([5] s. d. ([6] *deest*. ([7] Cunigundis. ([8] corruscando. ([9] primo. ([10] dans. ([11] vocauit. ([12] B. c. ([13] fuerat S. Petri, pro Narniensi. ([14] *I. d. A.*: *1013. addit*: CONRADVS I. XCIV.

1018.

CVnradus 11. annis. XXI. [15] et permansit vacuum regnum annis. III. Hic multas leges condidit. Hic pacem in terris conseruare cupiens statuit. vt quicumque principum pacem infringeret capite plecteretur. Sed huius statuti transgressor. comes Iupoldus accusatur. Qui cupiens vitam saluare. cum paucis. id est. vxore et filijs [16] occulte fugiens in naston [17] solitudinem ipsam multis temporibus tamquam heremita inhabitans [18] nullo penitus sciente quo deuenisset. [19] Sed contigit imperatorem ad illas partes accedere et cum venationis causa bestias insequeretur [20] per solitudinem discurrens [21] sic se ab omnibus elongauit. vt solus remanens [22]. vbi esset penitus ignoraret. et nocte appropinquante imperator multum anxius. casu ad prædicti comitis heremitorium [23] pervuenit. Qui benigne receptus. eum post laborem in stratu [24] dormiret et eadem nocte vxor prædicti comitis [25] filium pareret. audit [26] vocem imperator in sompnis [27] ipsum puerum generum suum futurum ac imperij successorem. Hanc vocem primo imperator [28] contempnens cum iterata fuisset. anxius viso puero demane. cum ad suos deuenisset [29] vocatis duobus secretarijs occulte mandauit vt prædictum puerum rapientes in silua occiderent et sibi cor pueri apportarent. ipsi iuxta mandatum puerum rapiunt. et misericordia moti non occidunt. sed in nemore relinquentes. cor capti leporis in argumentum occisionis imperatori deferunt. accidit autem vt eadem hora dux henricus causa venationis in eadem silua errans solus puerum vagientem audiret ipsumque pulchrum conspiciens uxori sue sterili occulte deportans mandauit eidem vt quod ipsum genuerit [30] affirmaret quod et actum est. vocauitque eum nomine suo henricum. Cumque iam adultum imperator vidisset. pensans multum [31] quem olim viderat et etatem licet patre scilicet. duce henrico multum renitente [32] imperator iuuenem vt sibi astaret retinuit tractans apud se qualiter ipsum [33] occulte [34] perderet. et post aliquod tempus misit eum cum litteris [35] ad imperatricem scribens vt [36] ipsa [37] sub obtentu gratie sue eodem [38] die quo ipse iuuenis ad ipsam veniret ipsum occulte suffocaret. Sed iuuene iter agente. cum in domo cuiusdam presbyteri quiesceret. presbyter ipso

---

([15] Conr. I. imperauit a. viginti. ([16] pueris. ([17] vastam. ([18] inhabitabat. ([19] deuenissent. ([20] insequens. ([21] discurreret. ([22] remaneret *addit*: et ([23] Eremitorium Comitis. ([24] strato. ([25] p. C. v. ([26] peperisset, audiuit. ([27] *addit*: dicentem. ([28] I. p. ([29] peruenisset. ([30] genuit. ([31] vultum. ([32] l. m. r. P. sc. D. H. ([33] eum. ([34] *deest*. ([35] c. l. *desunt*. ([36] *addit*: eum. ([37] *deest*. ([38] eo.

dormiente curiose ipsius bursam pertractans litteras imperatoris conspexit et illas caute aperiens illi feliciter commutauit. nam abraso ipsa [39] die moriatur. [40] ipsa [41] die filia mea tradatur. quod et factum est. licet cum magna [42] ammiratione imperatricis. propter tam subitum et stupendum mandatum. Quod imperator percipiens obstupuit. Sed postquam inuestigauit illum verum ipsius patrem nobilem comitem fuisse quem rusticum credebat dolor ipsius mitigatus est. qui henricus postquam conrado successit in loco natiuitatis sue Magnum construxit monasterium. [43]

1039.

HEnricus 111. imperauit. annis. X. et VIII. [44] Hic henricus dicitur [45] filius conradi secundum alios gener suus. [46] Iste veniens in ytaliam pandulphum principem capuanum cepit [47] et alium quemdam pandulphum comitem theotinum [48] principem ordinauit. Huius tempore normanni intrauerunt romam et bellum [49] cum romanis habuerunt in pratis sancti petri. [50] Tunc tempore dux gothfridus [51] venit in ytaliam et insecuti [52] eum normanni a roma vsque ad aquinum. Huius. [53] tempore rome cuiusdam gygantis corpus pallatis [54] nomine inventum est incorruptum cuius wlneris yatus vbi wlneratus [55] fuerat. IIII. pedes et semis [56] habebat. corpus vero altitudinem muri vincebat. lucernaque ardens ad caput ipsius inuenta est quæ nec flatu exstingui poterat nec liquore. sed cum stylo foramine subtus [57] flammam facto exstincta est per illud foramen aere introducto. Hunc dicitur turnus occidisse et hoc ipsius epitaphium fuit filius euandri pallas. quem lancea turni. Militis. occidit [58] more suo iacet hic. Hoc tempore in apulia erat quædam statua marmorea circa caput suum ereum [59] habens circulum in quo erat scriptum. kalendis maij [60] oriente. sole habebo caput aureum quod quidam sarracenus a roberto guiscardo [61] captus cum procederet [62] intelligens in kalendis madij [63] oriente sole notato termino vmbre illius. reperit infinitum thesaurum quem dedit pro sua redemptione. Hoc tempore ecclesia gallicana per berengarium thuronensem [64] perturbatur.

([39] Ipso. ([40] *addit*: reposuit. ([41] Ipso. ([42] *deest*. ([43] *I. d. A.*: *1033. rem. sp. 5. cm. addit*: HENRICVS II. XCV. ([44] H. II. i. a. septendecim. ([45] dictus. ([46] ipsius. ([47] cæpit, *addit*: et captiuum secum asportauit. ([48] Theat . . ([49] *addit*: Cadulphus. ([50] contra Romanos: i. p. S. P. habuit. ([51] T. temporis D. Godefridus. ([52] *addit*: sunt. ([53] *addit*: Imperatoris. ([54] Gig. c. Pallantis. ([55] vuln. hiat., v. vuln. ([56] quatuor p. e. semissem. ([57] subter. ([58] *addit in marg.*: censeo legendum: Mole sua iacet hic. ([59] æreum. ([60] May. ([61] Sarac. a Guiberto Guischardi. ([62] quid portenderet. ([63] in C. Maij in. ([64] Tur..

qui asserebat eucharistiam quam sumimus. non esse verum corpus christi. sed figuram corporis et sanguinis contra quem nycolaus [65] papa. cum. C. XIII. episcopis [66] celebrat concilium qui tamen berengarius alias sanctus homo [67] dicitur fuisse. [68] post retractationem. finem mortis prædicendo feliciter migrasse. [69] cuius error et retractatio. ponitur in decreto. de. com. se. di. II. ego berengarius.

Pontifices.

1051.

DAmasius 11. [1] diebus. XXIII. et cessauit diebus. XI. [2] Hic fuit invasor papatus [3] et subito defunctus est. [4]

1052.

LEo X. genere alamannus [5] de lotheris regno. sedit annis. II. diebus. VI. [6] romani ex praua consuetudine. postquam petissent [7] ab imperatore henrico pontificem dari imperator cum nullum theutonicorum ad hoc vt reciperet posset inducere episcopum tullensem brunonem nomine virum simplicem ad hoc iuclinauit qui ad vrbem veniens et ex hoc consciencium habens omnino resignauit. et denuo ab omnibus electus post laudabilem vitam in ecclesia sancti [8] petri tumulatur clarescens miraculis. [9]

1057.

UIctor 11. genere alemannus. [10] annis. II. Mensibus. III. diebus. XIII. et cessauit diebus. III. [11] Hic timore imperiali factus est papa. Hic temporibus henrici [12] apud florentiam synodum celebrauit. et multos episcopus propter symoniam [13] et fornicationem deposuit. Hic veniens in gallias ab henrico imperatore [14] gloriose suscipitur et eo præsente imperator moritur. [15]

1059.

Stephanus X. [16] Mensibus. IX. diebus. XXVII. Hic natione lothoringus. [17] abbas prius cassinensis. in tuscia florentie sepultus est. [18]

([65] Leo. ([66] c. 113. e. *desunt. addit*: Guilensis. ([67] h. s. ([68] *addit*: et. ([69] *I. d. A.*: *1048. rem. sp. 8. an. addit*: HENRICVS III. XCVI. ([1] Damasus. II. sedit. ([2] d. viginti et vno. ([3] sedis Apostolicæ. ([4] *I. d. A. 1051. addit*: LEO IX. CLX. ([5] L. de g. Alemannus. ([6] a. quinque, m. duobus. ([7] petijssent. ([8] B. ([9] manifestis clarescens miraculis. *I. d. A.*: *1056. addit*: VICTOR CLXI. ([10] *addit*: sedit. ([11] et. c. d. III. *desunt.* ([12] *addit*: Imperatoris. ([13] simoniam. ([14] in G. v., ab I. H. ([15] *I. d. A.*: *1058. addit*: STEPHANVS IX. CLXII. ([16] S. IX. ([17] sedit Lotharingus. ([18] *I. d. A.*: *1059. addit*: BENEDICTVS X. CLXIII.

1050.

BEnedictus X. Mensibus. IX. Hic [19] velletrenis episcopus. [19] per violentiam [20] papa postea cessit. [21]

1061.

NIcolaus 111. natione burgundus [22] annis. II. Mensibus. VI. diebus. XXVI. et cessauit. diebus. X. Hic prius florentinus episcopus apud senam a cardinalibus vnanimiter est electus et celebrato rome concilio. defunctus est. [23].

1063.

Alexander 11. natione mediolanensis. [24]. annis. XI. Mensibus. VI. diebus. XXV. Hic cum esset lucanus episcopus concorditer a cardinalibus [25] est electus contra hunc. fuit cadulus qui fuit parmensis episcopus. et fere ab omnibus lombardie [26] episcopis in papam est electus. Asserentes papam non debere eligi. nisi de paradyso ytalie. [27] qui cadulus cum magno exercitu bis romam veniens violenter voluit papatum obtinere sed non potuit. Deinde alexander papa. ad rogatum henrici imperatoris descendit in lombardiam et in mantua [28] concilio celebrato. [29] pacificatis omnibus ad vrbem est reuersus. et ibidem defunctus et [30] in lateranensi ecclesia [31] tumulatus. Eo [32] tempore normanni qui in præiudicium domini pape regnum apulie occupauerant fines campanie deuastabant. quos dux spoletanus godefridus et comitissa deuota filia sancti petri mathildis expulerunt. [33] Hec mathildis fuit comitissa adeo potentissima quod etiam cum imperatore bello durissimo congresum habuit. quæ cum aplissimis possessionibus abundaret. totum patrimonium suum super altare sancti petri obtulit. et hoc dicitur patrimonium sancti petri.

1054.

GRegorius. VII. [34] annis. XII. Mense. I. diebus. IIII. Hic natione [35] tuscus patria swanensis. [36] propter laudabilem vitam a [37] cardi-

---

([19] 1060. B. X. m. novem. Hic prius. *addit in marg.*: Vercellensis, *in textu*: Mitius nomine. ([20] *addit*: factus est. ([21] *I. d. A.*: *160. addit*: NICOLAVS II. CLXIV ([22] N. II. n. B., sedit. ([23] *I. d. A.*: *1062. addit*: ALEXANDER CLXV. ([24] *addit*: sedit. ([25] *addit*: in Papam. ([26] Lombardis. ([27] Paradiso Italiæ. ([28] *addit*: solenniter. ([29] cel. Conc. ([30] *deest*. ([31] *addit*: est ([32] Eodem. ([33] *I. d. A. 1073.* »Hec mathildis — petri.« *desunt. addit*: GREGORIVS VII. CLXVI. ([34] G. VII. sedit. ([35] *addit in margine*: Teutonicus. ([36] T. p. Suanensi. ([37] ex.

nalibus est in papam electus. Hunc centius [38] prefecti filius in nocte natalis domini cum primam missam in sancta maria maiore de presepe domini [39] celebraret. cepit et in turri sua posuit. Sed romani eadem nocte turrim destruxerunt papam liberando. et prædictum centium eiecerunt extra vrbem. [40] Hic pontifex henricum tercium [41] imperatorem concilio. C. X. episcoporum habito. excommunicauit. quia romane ecclesie vnitatem scindere uoluit. sed post ad papam in lombardiam veniens. nudis pedibus super niuem et glaciem pluribus diebus stans vix absolutionem impetrauit. post de consensu eiusdem regis iterato excommunicati. plurimi seditiosi episcopi apud [42] brissinam convenientes. gvipertum ravennatensem [43] episcopum in papam elegerunt. clementem vocantes. quem rex henricus pronus. I. [44] cum omnibus alijs mox adorauit et cum ipso romam veniens. sine cardinalibus. a bononiensi mutinensi et ceruinensi [45] episcopis in papam [46] benedici fecit et ab eodem. C. [47] in die pasche [48] coronam imperij. assumpsit. papam gregorium. in castro sancti angeli cum cardinalibus obsedit. [49] sed audito quod. R. [50] Gviscardus [51] in adiutorium domini [52] pape de apulia veniebat. imperator [53] capitolio et vrbe leonina cum suo papa fugit aenas. et guiscardus [54] eodem die vrbem capiens in ferro et igne consumens. papam. [55] gregorium. de obsidione liberando in pallatio lateranensi restituit. qui post in apuliam descendens. salerni mortuus est miraculis choruscando. [56]

1086.

VIctor 111. Mensibus. IIII. diebus. VII. et cessauit. diebus. IX. Hic [57] desiderius dictus abbas fuit [58] cassinensis qui veneno. in calice misso dicitur exstinctus. Huius tempore ordo carturiensis [59] incepit. [60]

1089.

URbanus .11. [61] annis. IX. Mensibus IIII. et cessauit diebus. XVI. Huius tempore dux bohamundus [62] cum christianis recuperauit

---

([38]. Cencius. ([39]. d. *deest.* ([40]. e. V. eiecerunt. ([41]. t. *deest.* ([42]. *addit in marg.*: Brixiam. ([43]. Guipertum Rauennatem. ([44]. infra terram. ([45]. Cerinensi. ([46]. i. p. *deunt.* ([47]. Gregorio. ([48]. Paschatis. ([49]. obsidendo. ([50]. R. *deest.* ([51]. Guischardus. ([52]. d. *deest.* ([53]. *addit*: destructo. ([54]. Guisch.. ([55]. *deest.* ([56]. coruscando. *I. d. A.*: *1085. addit*: VICTOR CLXVII. ([57]. *addit*: proprio nomine. ([58]. f. A. ([59]. O. Carthusiensium. ([60]. *I. d. A.*: *1088. addit*: VRBANVS II. CLXVIII. ([61]. V. II. sedit. ([62]. Boëmundus.

sepulcrum domini. [63] Circa hoc tempus de [64] mirea [65] ciuitate licie [66] iam destructe. a ciuibus barrensibus [67] ossa beati nycolai transferuntur. Eodem [68] tempore in yspania toletum illarum parcium maxima vrbium per christianos a sarracennis tollitur. floruit etiam hoc tempore in anglia anshelmus [69] primo abbas. post. cantuariensis episcopus. in sciencia et vita mirabilis. Hic etiam papa primum [70] concilium apud claromontem celebrat in quo statutum est vt hore beate virginis dicantur cottidie [71] officiumque eius diebus sabbatis [72] sollemniter fiat. Annuntiatur etiam in concilio iherusalem captio christianorum oppressio. consilium quæritur auxilium inploratur. vnde [73] idem papa concilio thuronis [74] celebrato pene totum occidentem prouocat in terre sancte subsidium. et maxime de regno francie. quod [75] per terram deinde per brachium sancti georgij transeuntes inventa per reuelationem christi lancea. anthiochiam tripolim acon. et pene [76] totam terram sanctam [77] cum iherusalem ceperunt. [78] Hoc anno in burgundia in die sancti benedicti fundatum est cenobium quod cistercium vocatum est in dyosesi cabillonensi. Vrbanus papa. sepultus est in ecclesia lateranensi.

1100.

PAschalis 11. sedit annis. XVIII. Mensibus. V. diebus. VII. et cessauit. diebus. II. [79] Hic fuit natione. tuschus [80] de bleda. Huius tempore henricus. IIII. theutonicorum rex. [81] cum magno exercitu venit in tusciam. vt rome coronaretur in imperatorem et præmissis ad papam nuntijs per litteras. refutabat. omnium [82] investituram episcoporum abbatum et aliorum clericorum super qua alij imperatores prædecessores sui cum romanis pontificibus quæstionem habebant. [83] et iuramento tam imperatoris quam suorum principum super hoc dominus papa accepto. postquam tam clerus quam populus extra portas [84] versus montem malum de mandato domini pape obuiasset. et ipsum vsque ad summitatem graduum sancti petri conduxisset. et cum ibi summus pontifex cum cardinalibus et episcopis expectasset rex aduenieus post

---

([62] Sepulchrum. D. *addit*: sepultus in Ecclesia Lateranensi. ([64] *addit in marg.*: Myra. ([65] Hyrrhea. ([66] *deest; in Cod. superscriptum a prima m.* ([67] i. d. a. c. b. *desunt.* ([68] Hoc eodem. ([69] Anselmus. ([70] *h. l in Cod. vox*: montem *dalcta.* ([71] Horæ B. V. quotidie d. ([72] Sabbathi. ([73] *deest.* ([74] Turonis. ([75] qui. ([76] pœne. ([77] sanctam. *deest.* ([78] cæperunt. *I. d. A*: *1099. addit*: PASCHALIS. CLXIX. »Hoc — lateranensi.« *desunt.* ([79] *addit*: Sepultus est in Ecclesia Lateranensi. ([80] Tuscus ([81] Teut. R. ([82] omnem. ([83] habuerant. ([84] partes.

pedum oscula se inuicem osculati sunt et se per manus tenentes postquam ad portam argenteam peruenissent osculo dato. dominus papa designauit ipsum [85] imperatorem. sed postquam ad rotam porfiricam peruenissent. [86] et papa super investitura refutanda iuramentum expetisset [87] rex cum suis consilio habito. papam et cardinales cum tota curia captiuauit. Huius etiam temporibus post ipsius liberationem. quidam ex clero romano peruersi contra ipsum pontificem surgentes. [88] tres heresiarchas. videlicet albertum arnulfum [89] et theodericum diuersis temporibus erigere in papam præsumpseruut. Qui licet in primo [90] domino pape multas infestationes fecissent. in fine tamen ab ipso prostrati sunt. [91] Hoc tempore [92] rex vngarie ad ammonitiones papales [93] per litteras suas scribens. domino pape renuntiauit inuestituris [94] episcoporum et aliorum prælatorum quas vsque ad illa tempora reges vngarie facere consweuerant. [95] Eodem tempore [96] habens annos circiter XXII. sub abbate stephano qui fuit tercius abbas in cistercio cum socijs XXX. [97] ordinem cistertiensem [98] ingreditur. sed eodem anno clara ualle [99] fundata. illic pro abbate mittitur. pascalis vero post liberationem suam [100] facta pace cum imperatore henrico et ipso rege coronato. et in campum statim vltra muros [101] egresso. pontifex cum episcopis et cardinalibus in vrbem regrediens. tanta frequentia populi occurentis et deum laudantis excipitur vt vix ad pallatium lateranense circa vesperas potuit peruenire. Demum defunctus est [102] et [103] in ecclesia sancti saluatoris sepultus. [104] Circa hæc tempora scilicet. anno M. C. XIX. cepit præmonstratensis ordo. in laudinensi dyocesi. sub patre roberto qui fuit coloniensis. sicut et bruno qui ordinem carturiensem incepit.

1118.

Gelasius 11. natione campanus. [105] anno. I. diebus. V. et cessauit diebus. XXIIII. Hic propter henricum imperatorem cum cardinalibus gaietam [106] secessit et inde cum per mare pergeret. in franciam veniens in cluniacum ibi mortuus est et sepultus. [107]

([85] *addit*: in. ([86] porphyricam peruenisset. ([87] expetijsset. ([88] insurgentes. ([89] Agnulphum. ([90] principio. ([91] *addit in marg.*: Huius etiam. ([92] Huiusmodi temporibus. ([93] ad monitiones plures. ([94] inuestituram. ([95] consueuerant. ([96] *addit*: Bernardus. ([97] Gistertium. ([98] o. c. *desunt*. ([99] Claraualle. ([100] Pasch. v. P., p. s. l. ([101] extra muros statim. ([102] *addit*: apud Ecclesiam S. Mariæ trans Padum. Et inde cum totius Populi et Cleri frequentia per mediam vrbem vectus. ([103] et *deest*. ([104] *addit*: est. *I. d. A.; 1117.* »Circa — incepit.« *desunt; addit*: GELASIVS II. CLXX. ([105] G. II. n. C. de ciuitate Caieta sedit. ([106] Caietain. ([107] *I. d. A.*: *1118. addit*: CALIXTVS II. CXXXI.

1120.

CAlixtus 11. [108] annis. V. Mensibus. X. diebus. XIII. et cessauit [109] diebus. V. Hic natione fuit burgundus comitis filius et archiepiscopus viennensis. post mortem gelasij [110] in cluniaco a cardinalibus concorditer. est [111] electus. Qui cum per prouinciam lombardiam et tusciam romam rediret. [112] vbique cum gaudio sollempniter. [113] est receptus. [114] Burdinus [115] vero qui per henricum imperatorem [116] in papam fuerat factus. audito aduentu pape. in sutrio se recepit. quem obsessum papa cum romanis eum habuisset [117] positum in camelo versa facie ad tergum habens caudam cameli pro freno papa ad vrbem præcedebat [118] et post in arche fumonis [119] est retrusus. papa vero facta pace cum imperatore in ecclesia laterenansi est sepultus. [120]

Imperatores.

1057.

HEnricus 1111. [1] imperauit annis XLIX. Hic primum venit. romam mense madij. [2] fames et mortalitas fuit fere in vniuersa terra. et obsedit ciuitatem tiburtinam mense iunij diebus tribus. [3] Huius tempore [4] stella clarissima in circuitu [5] prime lune ingressa. [6] tercio decimo [7] kalendas. [8] in noctis initio. [9] Hoc [10] tempore hildebrandus cardinalis. qui postea gregorius papa factus. [11] cum. legatus esset in gallia. et in concilio contra multos symoniacos episcopos processisset. et cum contra vnum episcopum [12] multum infamatum procedere voluisset. et ille [13] testes qui ipsum accusauerant precio corrupisset. dixit legatus in concilio. Cesset humanum iudicium producatur in medium diuinum oraculum. cum certum sit quod episcopalis gratia donum sit spiritus sancti. [14] et quisquis mercatur episcopatum [15] contra spiritum sanctum facit. [16] Dic ergo. [17] Gloria patri. et filio. et spiritui. sancto

---

([108]. C. secundus sedit. ([109]. *addit*: Pontificatus. ([110]. *addit*: Papæ. ([111]. e. c. ([112]. r. R. ([113]. s. et c. g. ([114]. *addit in marg.*: Burgundinus. ([115]. Hurdinus. ([116]. I. H. ([117]. cum habuissent. ([118]. procedebat. ([119]. arce F. ([120]. *I. d. A.*: *1124. addit*: HONORIVS II. CLXXII. ([1]. H. III. ([2]. Maij, *addit*: die vigesima quinta Tunc temporis Robertus Guischardus intrauit Romam. ([3]. d. t. m. I. ([4]. Hoc tempore huiusmodi. ([5]. *addit in marg.*: »forte **plenæ Lunæ effulsit.**« ([6]. *addit*: est. ([7]. XIII. diebus *additque in marg.*: »**tredecim diebus**, prout habet Zonar.« ([8]. libræ. ([9]. *addit*: Istius tempore Christianorum gens ad Sepulchrum Domini de toto orbe Christiano processit cum Duce Boamundo, et Jerusalem a Saracenis viriliter abstulerunt. *Conf. superius Notam*; *62.* ([10]. Huius. ([11]. *addit*: est. ([12]. E. v. ([13]. illos. ([14]. sit S. Sp. don.: ([15]. et quicunque E. m. ([16]. *addit*: Si tu igitur contra Spiritum sanctum non fecisti. ([17]. e. *deest.*

Quod ille intrepidus incipiens. cum gloria patri et filio dixisset. nullatenus spiritui sancto dicere potuit. frequentius repetendo. Sed eiectus [18] ab episcopatu. [19] plene dixit. Iste hyldebrandus. [20] gregorius papa. effectus. totus contra henricum imperatorem qu a discidium [21] procurabat in ecclesia [22] invehitur. [23] Imperator vero normantie [24] concilio. XXIIII. episcoporum et multorum nobilium congregato. iubet omnia decreta gregorij pape cassari. propter quod papa imperatorem excommunicat.et a fide et iuramento omnes ei [25] adherentes absoluit. Imperator vero maguntie a papatu gregorium. [26] quantum in eo fuit deposuit. Ginpertum episcopum rauennatem [27] proipso constituens. Huius tempore quidam potens vt [28] sederet in conuiuio. repente a muribus circumuallatus est [29] innumerabilis multitudo murium de nullo captabant nisi de illo. Sed cum a suis in pelagus [30] maris deductus esset. nil [31] ei profuit quia mures nauem sequentes. ipsam vsque ad aquæ introitum corrodebant. [32] In terram ergo repositus totus a muribus dilaceratus est et comestus. et hoc minus mirum iudicatur quia pro certo dicitur quod in quibusdam terris si leopardus. aliquem momorderit. confestim murium copiam aduenire. vt wlneratum [33] commingant. immundumque diluuium [34] commutari hominis [35] exicitium. Inuenitur etiam de quodam principe quod nulla arte poterat iuuari. quia ipsum pediculi consumerent. Igitur henrico imperante [36] mirabilis multitudo gallicorum [37] cruce signati inexplicabili labore per terram et tandem per vrbem constantinopolitanam [38] transeuntes antiochiam peruenerunt. Fuerunt autem exercitus huius [39] capitanei Gothefridus dux lothoringie. [40] Comes blesenensis [41] Comes flandrenensis. [42] Comes sancti egidij [43] et multi alij nobiles et barones. antequam autem antiochia caperetur. sanctus andreas apparuit cuidam rustico simplici prouinciali genere dicens. Veni ostendam tibi lanceam qua perforatus fuit dominus [44] ihesus christus. [45] qui rusticus capta ciuitate præsente. R. [46] comite et cappellano suo in ecclesia sancti

---

([18] deiectus. ([19] *addit*: tunc. ([20] Hild.. ([21] dissid.. ([22] *addit in marg.*: inuehitur. ([23] inuenitur. ([24] Wormatiæ. ([25] sibi. ([26] G. a. P. ([27] Guib. R. E. ([28] dum. ([29] et cum esset. ([30] pelagum. ([31] nihil. ([32] nauim...corradebant. ([33] vulu.. ([34] vrinæ illuuium. ([35] h. (*addit in marg.*: communicare.) commutari.. ([36] Imperatore *addit in ora*: existente. ([37] Gallorum *addit*: in subsidium terræ sanctæ. ([38] C. v. ([39] h. e. ([40] Godef . D. Lotha... ([41] C. Blesensis. ([42] C. Flandrens. ([43] C. S. Aeg. *addit*: et Boamundus Dux Apuliæ, Filius Regis Guischardi, qui fuit Normannus, sed habuit vxorem Lombardam, de quo dicitur sub Carulo Caluo - ([44] *deest*: ([45] IESVS CHRISTVS. ([46] R. *deest*.

petri fodiens terram. in loco de quo reuelationem habuerat lanceam invenit. Anno domini. M LXXXIX. Dubitantibus autem plerisque vtrum esset lancea christi quidam bartholomeus nomine cui [47] christus [48] apparens de lancea certificauerat. cum ipsa lancea per ignem XIII. pedum quem fieri iusserat illesus [49] transiuit et sic exercitus fiduciam in christo et in lancea ipsius [50] habentes intrepidi processerunt. per accaron [51] quæ tunc phtolomayda [52] dicebatur. venerunt cesaream. [53] vbi cum essent. columbam desuper exercitum volantem [54] accipiter vnus prolagatam grauiter [55] deiecit. circa quam reperte fuerunt littere quas deferebat talis sentencie. Rex accaron duci cesaree salutem Generatio canina venit gens contentiosa contra quos per te et per alios legem tuam defendas. idem annuntia alijs ciuitatibus post venientes obsederunt iherosolimam. [56] Est autem iherusalem in montanis [57] sita riuis fontibus et fluuijs [58] carens. excepto fonte syloe [59] vbi quandoque aqua sufficiens inuenitur. [60] fuerat autem post tyti et vespasiani destructionem. per helium adrianum [61] mirifice reparata. sed non in eodem loco vbi prius. Ibi gothefridus qui factus fuerat [62] ibi rex. secundo anno mortuus sepelitur. Creduntur autem tunc transfretasse plus quam. CC. Millia christianorum in subsidium terre sancte. Item anno domini. M. C. VII. [63] ad instanciam eugentij [64] pape et beati bernhardi [65] prædicationem rex francie ludowicus [66] ab ipso cruce signatus et imperator cunradus [67] cum maxima multitudine gallicorum et theutonicorum. [68] Alij per pannoniam alij per mare vsque constantinopolim deuenientes, aliter eis deuenit [69] quam sperauerunt. quoniam quidam eorum [70] a turcis capti alij vero fatigatione plerumque fame et inedia consumpti sunt. ita quod imperator vix cum paucis [71] redijt. Rex vero ludowicus [72] causa peregrinationis et orationis [73] aliquantulum manens ad propria redijt. Imperatore vero [74] in ytalia existente principes allemanie in porchem [75] conuenientes. quendam rudolfum ducem saxonie [76] in regem sibi elegerunt. quem quia papa gregorius ad petitionem imperatoris nec conuictum nec confessum excommunicare voluit. Im-

---

([47] quem. ([48] *addit*: sibi. ([49] illæsus. ([50] in Chr., e. in L i f. ([51] Aconam. ([52] Ptolomaida. ([53] Cæs.. ([54] *deest*. ([55] g. plagatam. ([56] obsiderunt Ierosolymam. ([57] montibus. ([58] syluis. ([59] Siloë. ([60] reperitur. ([61] Titi et V. d. p. Aelium A. ([62] Godefr.. q. f. factus. ([63] . . quadragesimo septimo. ([64] Eugenij. ([65] B. Bernardi. ([66] *deest*. ([67] Conr.. ([68] Teut... ([69] ipsis euenit. ([70] ipsorum. ([71] c. p. v. ([72] Lodouicus. ([73] o. vt peregrinus. ([74] Henrico. ([75] I. e., P. Alemanniæ in Portheim. ([76] Rudolphum D. Saxoniæ.

perator cruento bello victoria contra rudolfum habita. conuocata curia in [77] brixina. Gvipertum Rauennatem [78] in papam eligi procurauit. propter quod a domino [79] papa gregorio [80] cum denuo excommunicatus fuisset. cum suo antipapa romam properans. gregorium papam et cardinales cum multa hostilitate in vrbe obsedit. sed post depopulationem agrorum. et vinearum cum imperator sibi populi romani fauorem attraxisset. intrans [81] vrbem prædictum gvipertum in papam consecrari faciens ab ipso in imperatorem coronatur. papa gregorius. cum cardinalibus in castro sancti angeli quo secescerat [82] concluso. quem robertus giskardi [83] rex apulie cum magno exercitu veniens. et romam vno die capiens. imperatorem [84] cum suo antipapa vsque senas confugiente [85] de castro cum cardinalibus educens [86] in pallatio lateranensi reposuit. romanos in hoc imperatori consentientes exilio et alios penis [87] grauiter affligendo. [88]

Pontifices.

1120.

HOnorius 11. sedit. annis. V. Mensibus. II. diebus. III hic patria bononiensi [1] natus [2] descendit in aquilam [3] a baronibus vocatus. vt eam tueretur (a rogerio syculo) quia iuris beati petri est. [4] Sed cum papa videret [5] infidelitatem [6] baronum. saniori consilio habito rogerium comitem recepit in gratiam. et facto homagio et fidelitate firmata [7] ipsum de ducatu apulie inuestiuit. Hic per legatum. [8] duos patriarchas. scilicet. aquileitum [9] et venetum deposuit. Hic rome mortuus in ecclesia lateranensi est sepultus. [10]

1126.

INnocentius [11] 11. natione romanus ex patre iohanne. de regione transtyberim. sedit annis. XIII. Mensibus. VII. diebus. VIII. et cessauit. diebus. II. Hic perrexit contra rogerium ducem apulie cum exercita romanorum. Sed cum suis cum quibus fugam cepit [12] captus est ab eo. Hic condempnauit totam partem [13] leonis cum ordinatione

---

([77] *addit in marg.*: Brixia. ([78] *addit*: Archiepiscopum. ([79] *deest.* ([80] G. P. ([81] *addit*: in. ([82] concesserat. ([83] Guiscardi. ([84] Imperatore. ([85] fugiente. ([86] *addit*: Papam. ([87] alijs pœnis. ([88] *I. d. A.*: *1105. addit*: HENRICVS IV XCVII. ([1] Bononiensis. ([2] *deest.* ([3] Auqileiam. ([4] v. c., qui iuris sancti Petri est, t. a Comite R . . Siculo. ([5] vidisset. ([6] *deest* ([7] præstita. ([8] Cardinalem. ([9] Aquileyum. ([10] *I. d. A.*: *1129. addit*: INNOCENTIVS II CLXXIII. ([11] I. II. ([12] cœpit. ([13] *addit*: Petri.

ipsius. Iste petrus petri leonis filius cardinalis a paucioribus electus et analectus dictus. hostiliter fecit aggredi domos frangere parietes [14] in quibus se innocentius cum cardinalibus receperat. sed quia sic [15] nichil profecit cum manu armata ecclesiam beati [16] petri adijt. et [17] per uiolentiam. [18] aureum crucifixum. pendentesque coronas cum toto thesauro auri et argenti. ac lapidibus preciosis spoliauit. Cyborium [19] quoque quod sanctus leo papa [20] construxerat destruxit. Hoc idem ad sanctam mariam maiorem. magno thesauro ditatam et alijs ecclesijs vrbis [21] fecit. cum quo thesauro [22] pene omnes [23] romanos corrupisset. Innocentius papa nullum in vrbe [24] subsidium habens. cum cardinalibus in [25] duabus [26] galeis transiuit in galliam. et a rege francorum honorifice est [27] receptus. [28] postquam in claro monte et remis [29] celebrasset concilia. in reditu pacificatis ianuensibus et pisanis. attendens ipsorum qui [30] sibi et ecclesie magna fecerant seruitia Ianuensem episcopum qui sub mediolanense [31] fuit fecit archiepiscopum et [32] primatem totius sardinie. Hic coronato in laterano [33] lothario in imperatorem. ambo simul intrauerunt apuliam. et fugato rogerio syculo. [34] qui domino pape rebellis erat lotharius christianissimus redijt in theutonicam. [35] et papa romam. vbi sollempni celebrato concilio. sepultus est in laterano [36] in concha porfirica [37] miro opere sculpta [38] totam illam ecclesiam et claustrum a fundo renouauit.

1144.

CElestinus 11. Mensibus. V½. [39] Hic natione tuscus de castro felicitatis sepultus est in laterano. [40]

1145.

LVcius [41] 1. natione bononiensis. ex patre alberto sedit. Mensibus. XI. diebus. IIII sepultus. est in laterano [42]. Hic antea presbyter cardinalis sancte crucis. [43]

([11] Frangepanensium. ([15] *deest*.. ([16] S. ([17] *addit*: eam. ([18] *addit*: habitam. ([19] Cibo- ([20] *deest*. ([21] V. E ([22] *addit*: cum. ([23] o. p. ([24] i. V. n. ([25] *in Cod. superscriptum*. ([26] *addit in marg.*: Triremibus. ([27] *deest*. ([28] susceptus. ([29] Claromonte et Rh.. ([30] quæ. ([31] Mediolano. ([32] *addit*: Pisanum. ([33] Laterani. ([34] Siculo. ([35] Teut.... ([36] i. l. *desunt*. ([37] Porphyrica. ([38] *I. d. A.*: *1143.* »totam—renouauit.« *desunt. addit*: COELESTINVS II. CLXXIV. ([39] C. II. sedit m. quinque diebus tredecim. ([40] *I. d. A.*: *1144. addit*: LVCIVS II. CLXXV. ([41] L. II. ([42] Lateranensi Ecclesia. ([43] *addit*: totam illam Ecclesiam et claustrum renouauit. *I. d. A.*: *1145. addit*: EVGENIVS. CLXXVI.

1146.

EVgenius 111. natione pisanus sedit annis. VIII. Mensibus. IIII. [44] diebus. XX et cessauit diebus. II. [45] Hic cum abbas sancti anastasij esset. [46] ex insperato apud [47] ecclesiam sancti cesarei [48] a cardinalibus est electus. qui [49] propter [50] senatores [51] qui contra voluntatem prædecessoris sui fuerant electi a populo. ad farsense monasterium se transtulit. ibique vocatis cardinalibus et prælatis. consecrationis munus [52] accepit. Hunc cum simplex fuerit ante. deus mirabili gratia et eloquentia perfudit. [53] Huic redeunti ad urbem clerus et populus romanus cum magna leticia [54] occurrit. cantans benedictus qui venit in nomine domini. Hic a rege francie [55] ludowico [56] vocatus. cum ipsum transmarina cruce signasset et concilium remis [57] celebrasset redijt ad urbem. [58] et obijt tybure et per medium vrbem [59] fere cum totius populi et cleri [60] turba cum maximo luctu ad ecclesiam sancti petri deductus circa altare sepultus. est. Eodem tempore fuit in alamania [61] monialis formosa. Hyldegardis [62] quæ in pinguia super renum requiescit. [63] Circa hæc tempora ciuitas ciracusana in sycilia magnum terre motum sustinuit. adeo vt dominica die circa horam terciam. dum missa cantaretur. ecclesia magna cadens omnem populum et clerum opprimeret sacerdote dyacono et subdyacono tantum salvis non sine magna omnium hominum ammiratione.

Imperatores.

1107.

HEnricus [1] V. henrici filius imperauit annis. XV. Iste suscepto imperio patrem suum capiens in vinculis mori fecit. Huius temporibus robertus uiscardus [2] vicit alexium et cymianum [3] imperatores constantinopolitanos. Iste robertus fuit quidam francigena. qui uenit romam cum exercitu magno volens si posset vrbem occupare. Sed ille [4] ui [5] repulso intrauit regnum apulie quod paulatim cepit. [6] Hic habuit filium rogerium regem syculorum [7] et filiam constantini impe-

---

([44] m. quattuor. ([45] *addit*: Hic obijt Tibure — sepultus est. *ut infra.* ([46] e. Abbas S. Anast. ([47] ad. ([48] S. Cæsarij. ([49] et. ([50] *addit*: metum. ([51] Senatorum. ([52] m. benedictionis. ([53] p. et eloq. ([54] lætitia. ([55] *deest.* ([56] Lodoico *addit*: in Franciam. ([57] Rhemis. ([58] *addit*: ibique in Basilica S. Petri circa majus Altare est sepultus. *Quæ sequuntur iam præmisit initio*; *conf. Notam*: *45.* ([59] Vrbis ([60] C. et P. ([61] Alem... ([62] Hil... M. [*addit in marg.*: **famosa**] f. ([63] Rhenum r. *I. d. A.*: *1153.* »Circa — ammiratione.« *desunt.* *addit*: ANASTASIVS IH. CLXXVII. ([1] H. IV. ([2] R. Guiscardi ([3] Emmanuelem. ([4] illo. ([5] inde. ([6] cæpit. ([7] Siculorum.

ratricem matrem frederici [8] imperatoris qui contra ottonem promotus est. Iste rogerius genuit willerinum [9] regem apulie qui fuit in omnibus gloriosus. Cuius tempore regnum [10] pertracto [11] et mortuo succedit. [12] Ioannes. romanæ. ecclesiæ. cancellarius. appellatus gelasius. Sed quia imperator electioni non interfuerat yspanum [13] quemdam nomine burdinum ipsi superordinauit. Sed gelasio mortuo. mortuo in cluniaco [14] et calixto ibidem in papam consecuto [15] imperator cum omnibus sibi assentientibus per ipsum excommunicatur. papa vero kalixtus roma.n proficiscens capto in sutrio burdino ab omni senatu et populo gloriose suscipitur. hijs temporibus hugo de sancto victore perisius [16] claret. Hoc etiam tempore ordo templariorum ex militibus congregatus. [17] in iherusalem incepit [18] et dicti sunt milites templi quia in porticu templi sedem sui ordinis statuerunt. Henricus vero imperator ad eor rediens. inuestituram episcoporum et aliorum prælatorum per anulum [19] et baculum. pro qua [20] cum pascali papa. [21] quam plurimum contenderat. Kalyxto pape [22] libere resignauit et concessit per omne imperium in omnibus ecclesijs canonicam fieri electionem. [23] possessiones et regalia beati petri. quæ propter suam vel aliam cum ecclesia discordiam alienate [24] fuerant romane ecclesie. [25] restituit etiam possessiones [26] aliarum ecclesiarum [27] tam clericorum quam laycorum. quæ occasione gwerre sue [28] quam habuit cum ecclesia ablate fuerant fideliter restitui [29] disposuit. Huius tempore papa kalixtus compostellanum [30] episcopum pro reuerentia corporis beati iacobi apostoli qui [31] ibi quiescit archiepiscopum instituit. subiciens [32] sibi totam emeritanam prouinciam. Lucanam quoque ecclesiam gratia pallij decorauit. [33] Henricus vero imperator quia patrem suum dehonostauerat. iusto dei iudicio creditur sine herede dicessisse. Nam neque filium neque filiam habens defunctus est. Cui successit dux saxonie.

([8]. Frid... ([9]. Hic genuit illum Regem. ([10]. *addit*: Apuliæ diuitijs et delicijs præ cæteteris florebat regnis. His temporibus Paschalis Papa ab hoc Imperatore non bene pertractato moritur. ([11]. *deest*. ([12]. *addit*: ei. ([13]. fauerat, Hispanum. ([14]. in Cl m. *in Cod. vox m. bis occurit, utpote finem præcedentis et initium subsequentis folii faciens.* ([15]. conseorato. ([16]. Parisijs. ([17]. congregatis. ([18]. inœpit. ([19]. annulum. ([20]. quo. ([21]. Paschali P. ([22]. Calixto Papæ. ([23]. *addit*: Concedens. ([24]. alienata. ([25]. R.. Ecclesi. ([26]. P. e. ([27]. *addit*: et aliorum. ([28]. Guerræ suæ. ([29]. ablatæ f., r. fid... ([30]. P. Cal. C. ([31]. quod. ([32]. subijciens. ([33]. *I. d. A.*: *1118. remanente spatio vacuo. octo annorum.* »Henricus — saxonie« *exciderunt. addit*: LOTHARIVS IV. XCVIII.

1127.

LOtharius 1111. imperauit. annis. XI. Huius tempore fames valida fuit et fere totam ytaliam invasit. Hic imperator factus ad ytaliam properat et cum archiepiscopis et episcopis papam innocentium secum ducit. [34] petrum quoque leonis qui papatum invaserat compescens. papam innocentium. potenter. in sede [35] collocat et in [36] ecclesia lateranensi ab eodem innocentio. [37] in imperatorem coronatur. Hic primo imperij sui anno contra bohemos [39] vadens. quorumdam suorum principum [40] tradicione magnam stragem militum suorum [41] passus est. Hic [42] post coronationem zelo dei et ecclesie accensus tamquam vere catholicus et ecclesie aduocatus vires imperij denuo excitauit. et contra rogerum [43] comitem qui se contra papam erexerat. et regnum sycilie occupauerat. vna cum papa innocentio apuliam potenter intrauit. ac fugato [44] rogerio in scicilia [45] constituerunt ducem apulie comitem raymonem. [46] Huic victorie pisani summo pontifici nauigio [47] quam plurimum astiterunt. Eo etiam tempore romani contra voluntatem innocentii pape. senatum renouare conati sunt [48] et per idem tempus in francia tanta siccitas fuit. vt flumina lacus fontes et putei siccarentur. Ignis quoque qui per rimas terram subintranerat nec ymbribus nec frigore aliqua arte biennio exstingui poterat.

1138.

CVnradus III. [49] imperauit annis. XV. Huius tempore quidam magister arnaldus [50] nomine prædicauit in vrbe rome [51] reprehendens diuitias et superfluitates. per cuius dicta multi magnates romanorum sequebantur eum. qui postea captus est [52] ad odium clericorum et suspensus. Huius tempore ascolana [53] capta est a christianis. Hoc [54] tempore [55] iohannes [56] armiger karoli magni. qui. CCC. LXI. annis vixerat [57] defunctus est. Hic conradus rex in frankenuort a. sancto bernhardo [58] cum cunctus pene principibus. crucis keractere est signa-

---

([34] H. i. f. exercitum in Italiam parat, et Innocentium papam Romam secum cum Archiepiscopis deduxit ([35] i. s. *addit*: Lateranensi p. P. I. ([36] et *deest*, In. ([37] *addit*: Lotharius ([39] Boëmos. ([40] *deest*. ([41] s. m. ([42] *addit*: etiam. ([43] Rogerium. ([44] *addit*: Comite. ([45] Sicilia. ([46] Rainonem. ([47] victoriæ Pi. n. s. P. ([48] *I. d. A.*: *1132. remanente quinque annorum spatio vacuo.* et per — poterat. *desunt. addit*: CONRADVS XCIX. ([49] Conr.. II. ([50] Arnoldus. ([51] Roma. ([52] *deest*. ([53] Ascolona. ([54] Huius. ([55] *addit*: Anno Domini Milesimo trigesimo nono. ([56] *addit*: de Temporibus, qui ([57] a. trecentis et sexaginta vno v. a tempore Caroli Magni, cuius Armiger fuerat. ([58] Franchenuord, a S. Bernardo.

tus [59] et illis temporibus socij peregrinationis super numerum multiplicantur. Nam de lothoringia [60] flandria et anglia pene [61] cum. CCtis. [62] nauibus proficiscuntur. Conradus itaque imperator cum innumerabili multitudine peregrinationem agressus yconomum [63] peruenit. Cui ludowicus rex francie [64] cum multa milicia per ungariam descendens ibidem aduenit. Sed ibi propter dolum grecorum qui calcem farine miscuerant multum detrimentum in [65] hominibus [66] passi sunt. Tandem ad terram sanctam venientes [67] multa bella gloriose gesserunt. Cunradus [68] uero rex postquam venit [69] de vltra mare [70] moritur. Qui licet. XV. annis [71] regnauerit benedictionem tamen [72] imperialem non habuit. floruit hoc tempore [73] richardus [74] de sancto victore. hoc tempore translatus est liber iohannis damasceni in latinum. [75] Anno domini. M°. C°. LI°. gratianus monachus de gwisa ciuitate tuscie natus. composuit decretum H. II. q. VI. c. forma. floret etiam magister petrus lombardus qui sententias composuit.

Pontifices.

1154.

ANastasius II. [1] natione. romanus. ex patre benedicto sedit anno I. Mensibus. IIII. diebus. XXIIII. et cessauit diebus. XI. [2] Hic fecit apud sanctam mariam rotundam nouum pallatium. Hic dedit ecclesie lateranensi calicem pulchri operis. pensantem. XX. marcas. et multa [3] alia. et ibidem in tumba porfirica tumulatus est. [4]

1155.

ADrianus [5] II. natione anglicus. sedit annis. IIII. Mensibus. X. [6] et cessauit. diebus. XX. Sepultus est in vaticano in basilica sancti petri iuxta sepulchrum eugentij pape. [7] Hic episcopum albanensem [8] in legatione [9] norwegiam misit [10] pro verbi dei prædicatione Ipse vero

---

([59]. charac[illegible] e. insignitus;. ([60]. Lothar... ([61]. *deest.* ([62]. c. ducentis fere. ([63]. aggressus Iconium. ([64]. Lodou. R. Francorum. ([65]. *addit in marg.*: hominibus. ([66]. omnibus. ([67]. peruenientes. ([68]. Conr. ([69]. redijt. ([70]. *addit in marg.*: »de partibus Vltramarinus. ([71]. a. quindecim. ([72]. *deest.* ([73]. *addit in marg.*: »De eodem paulo ante. forsan **Richardus de S. Victore.**« ([74]. Hugo. ([75]. Ioan. D. i. Latinum. *I. d. A.*: *1146. sequitur spatium vacuum per 6 annos.* »Anno — composuit« *desunt. addit*: FRIDERICVS I. C. ([1]. [illegible] ([2]. d. viginti. ([3]. plura. ([4]. Porphyrica t. est. *I. d. A.*: *1154. addit*: HADRIANVS II. CLXXIIX. ([5] Hadrianus II. ([6]. m. nouem, *addit*: diebus viginti octo. ([7]. Eugenij Papæ. ([8]. H. primum Episcopus Albanensis. ([9]. *addit*: in. ([10]. Noroegiam, missus est.

gentem illam barbaram in lege dei [11] diligenter instruxit. post reditum defuncto anastasio in papam est electus. Hic [12] propter wlnerationem vnius kardinalis [13] totam vrbem vsque [14] ad condignam satisfactionem posuit sub interdicto. Hic wilhelmum regem sycilie [15] tamquam rebellem sibi [16] excommunicauit. qui post absolutus homagium domino pape faciens. [17] terram ab ipso suscepit. [18] Hic primus papa dicitur fuisse. qui in vrbe veteri. cum curia sua [19] moram traxit. Hic fecit gyrónem in radicophono [20] et turribus muniuit. Hic castrum et multas possessiones circa lacum sancte christine a comitibus comparauit. [21]

1160.

ALexander 111. natione tuscus. [22] sedit annis. XXI. Mensibus. XI. diebus. IX. Hic uicit IIII. scismaticos. Ottauianum. [23] Gwidonem [24] iohannem. [25] et alandonem [26] primus fecit se vocari victorem. Secundus paschalem. tercius. kalixtum. [27] quartus innocentium. Quorum tres fuerunt [28] presbyteri cardinales qui per papam excommunicati mala morte perierunt. Istius tempore maximum scisma [29] fuit et eiectus fuit conuentus sancti anastasii. et abbas sancti pauli eundem locum sibi vsurpat per regem scismaticum. [30] qui locus per eundem alexandrum est restitutus. Hic fridericum [31] imperatorem ad concordiam ecclesie [32] reuocauit. qui tunc illos scismaticos qui eiusdem pape inuasores fuerant manu tenebat. Hic duo concilia ordinauit vnum turonis aliud rome. [33] fredericum romanorum imperatorem et hemanuel [34] constantinopolitanum et willemmum sylicum [35] atque lombardos ad concordiam reuocauit per. XV. annos. [36] eius temporibus terre motus magni [37] fuerant per loca. ita quod ciuitas anthiocena cum tripolis [38] cecidit. atque damascus cum multis alijs ciuitatibus submersa est. [39] Tunc quoque [40] cathenensis [41] ciuitas penitus euersa est. et plus quam. XX. Millia. hominum mortui sunt. et mare retrograde [42] versum. et

---

([11] diuina. *in Cod. vox*: dei *superscripta*. ([12] *addit*: Papa. ([14] vsq. v. Card. ([14] *deest*. ([15] Gulielmum. R. Siciliæ. ([16] sibi aduersum. ([17] fecit. ([18] suscipiens ([19] *deest*. ([20] Radico *addit in ora*: Phono. *in textu autem*: Phano. ([21] *I. d. A.*: *1159 addit*: ALEXANDER III. C.LXXIX. ([22] A. III. n. T., Patria Senensis, ex Patre Rannucio. ([23] quatuor Schism... Octauianum. ([24] Guidonem Cremensem. ([25] Ioannem *addit in ora*: **Strumensem.** *in textu*: Tremensem. ([26] Landonem. ([27] Calixtum. ([28] sunt. ([29] sch. ([30] p. R. sch. vendicauit. ([31] Fred. ([32] *deest*. ([33] *addit*: celebrauit. ([34] Hemmanuelem. ([35] Gulielmum Siculum. ([36] p. quindecim a. *addit*: Sub. ([37] *deest*. ([38] Antiochena c. Tripoli. ([39] s. e. *desunt*. ([40] *addit in marg*: Cathenciensium ciuitas. ([41] Catherresis. ([42] retrogradum.

V. Millia. hominum [43] in sycilia [44] submersi [45] sunt. Huius tempore mediolanum cum cremona et placentia contra papiensem ciuitatem vnam construxerunt. quam vt [46] famosior [47] fieret. ab alexandro papa alexandriam vocauerunt. et post ad peticionem lombardorum constituit eis episcopum. papiensem vero episcopum crucis et pallei [48] dignitate priuauit. eo quod frederico imperatori tunc. et ab antiquo regibus persecutoribus adhesisset. [49] Hic cum omne patrimonium beati petri præter ciuitatem vrbem veteranam [50] et terraxaxinam. [51] anagniam [52] ab aqua pendente [53] vsque ceperanum [54] per imperium et scismaticos [55] occupatum fuisset. in frantiam transiuit. ibique celebrato [56] sollempni [57] concilio. per mare ad vrbem redijt. [58] cum messane [59] applicuisset rex wilhelmus. non solum quia papa. sed etiam [60] ipsum dominum. a quo tenebat regnum recognoscens. eum debito honore prosecutus est. [61]

1182.

LVcius 111. [62] natione tuscus. sedit. annis. IIII. Mensibus. II. diebus XVIII. et cessauit. diebus. XIII. [63] Huius tempore floruit petrus comestor. qui vtriusque testamenti ystorias vtiliter exponendo. in vnum volumen. redegit. qui liber scolastica ystoria nominatur.

1185.

VRbanus 111. [64] natione lombardus sedit anno. I. Mensibus. X$^1/_2$. [65] huius tempore capta est iherusalem a sarracenis. qui cum de transmarinis partibus tam flebilem rem audisset. præ [66] dolore obijt. et [67] in farraria. sepultus est. [68]

1197.

GRegorius VIII. [69] natione beneuentanus. sedit. Mense. I diebus. XXVII. et cessauit. diebus. XX. hic zelatus [70] pro terra sancta ad diuersas prouincias litteras mittit. et facta pace inter ianuas [71] et pisas. pisis mortuus sepelitur. [72]

([43] *deest.* ([44] i. Sicilia. ([45] *addit*: mortui. ([46] *addit in marg.*: Famosior. ([47] formosior. ([48] pallij. ([49] persequutoribus Ecclesiæ adhæsisset. ([50] vetanam. ([51] Terracenem. ([52] Anagiam. ([53] Aquap. ([54] v. Copatium. ([55] e. Schism. . ([56] *addit*: Turonis. ([57] solenni. ([58] rediens. ([59] Messanæ. ([60] et. ([61] *I. d A.*: *1180. addit*: LVCIVS III. CLXXX. ([62] L. tertius. ([63] *I. d. A.*: *1183. addit pro anno sequenti*: VRBANVS III. CLXXXI. »Huius — nominatur.« *desunt.* ([64] V. III. ([65] m. decem, diebus viginti quinque. ([66] *addit*: nimio. ([67] *deest.* ([68] s. e. i. F. *I. d. A.*: *1186. addit*: GREGORIVS VIII. CLXXXII. ([69] G. octauus. ([70] zelando. ([71] Ianuam. ([72] *I. d. A.*: *1188. addit*: CLEMENS III. CLXXXIII.

1189.

Clemens III. natione romanus sedit. annis. III. diebus. XVI. Hic ex patre iohanne scolare [73] claustrum apud sanctum laurentium foras murum ordinauit. et laterani pallatium fecit altius. et puteum ante ereum equum fieri fecit. [74]

1192.

CElestinus III. natione. romanus ex patre petro buboris [75] consecratus die resurrectionis sedit. annis. VI. Mensibus. VIII. diebus. XI. Hic secundo die pontificatus sui coronauit henricum imperatorem et fecit pallatium apud sanctum petrum. [76]

1197.

INnocentius III. natione romanus [77] ex patre transmundo consecratus in kathedra [78] sancti petri sedit annis. XVIII. Mensibus. IIII. diebus. XXIII. Hic quantum fuerit gloriosus opera eius testimonium perhibent veritati. [79] fecit enim inter cetera. [80] hospitale sancti petri [81] et renouauit ecclesiam sancti syxti. [82] Composuit decretales sermones et librum de misera conditione humani generis. et multa alia. [83] Item dedit vniuersis ecclesiis in roma. [84] libram argenti pro singulis calicibus [85] — non habentium calices argenteos tali pacto quod vendere eos non possent. Hic etiam coronauit ottonem et deposuit. quia non seruauit fidelitatem. Huius tempore a francis et a venetis [86] capta est constantinopolis vrbs. quæ de mundi maioribus vna ac in magnificentia prima. [87] Cuius captionem et post plures dies plerique ciuitatis incole non credebant. tum propter ciuitatis fortitudinem tum propter antiquam quam habebant prophetiam. prophetatum siquidem erat quod deberet capi per angelum. et ita eam capi per hominem non credebant. Sed hostibus per murum vbi angelus pictus erat. ciuitatem intrantibus. incole se deceptos per equiuocationem angeli cognouerunt Huius temporibus [88] liuonia pro parte conversa est ad fidem. Anno vero pontificatus sui XVII°. mense nouembri. in basilica latera-

---

([73]. Ioan. Scholari. ([74]. aereum e. f. fieri. *I. d. A.*: *1191. addit*: COELESTINUS CLXXXIV. ([75]. P. Petro Bubonis. ([77]. *J. d. A.*: *1197. addit*: INNOCENTUS III. CLXXV. ([77]. I. III. n. Campanus. ([78]. et consecratus in festo Cathedræ. ([79]. p. t. v. ([80]. cætera opera. ([81]. S. Spiritus. ([82]. S. Sixti. ([83]. *addit*: gloriosa. ([84]. *addit*: vnam. ([85]. *addit*: earum; *in Cod. rasura.* ([86]. et a u. *desunt.* ([87]. »quae de mundi — cognouerunt.« *desunt. econtra addit*: »Similiter (*additque in margine*: Miramolinus.) Macominus Saracenorum veniens cum innumerabili multitudine contra Hispanos, confusus ad Patriam suam redijt.« ([88]. H. tempore.

nensi quæ constantia [89] vocatur. celebratum est concilium generale. pro subsidio terre. [90] et pro statu vniversalis ecclesie multa vtilia statuta sunt. [91] in quo fuit cum patriarchis archiepiscopis episcopis. et alijs prælatis summa prælatorum. M. CCC. XV. [92] tempore huius concilij consecrauit ecclesiam sancte marie transtyberim. [93] Demum cum propter subuentionem' terre sancte inter pisanos et ianuenses et lombardos pacem facere intenderet. adhuc in itinere [94] constitutus apud perusium est defunctus ibique in ecclesia sancti laurentij tumulatus et cessauit episcopatus [95] per vnum diem [96] perusinis causa electionis pape cardinales strictissime artantibus. Hic papa abbatis ioachim. libellum quem contra magistrum petrum lombardum composuit. dampnauit. Dampnauit etiam amarlricum carnonensem cum sua doctrina. sicut habetur in decretali. Dampnamus. qui amarlricus asseruit ydeas quæ sunt in mente diuina et creari et creare. cum secundum beatum augustinum nichil nisi eternum atque incommutabile sit in mente diuina. Dixit etiam quod ideo finis omnium dicitur deus. quia omnia reuersura sunt in eum. vt in deo immutabiliter quiescant. et vnum indiuiduum atque incommutabile. in eo manebunt. Dixit enim deum essentiam omnium creaturarum et esse omnium. Dixit etiam quod in caritate constitutis nullum peccatum imputabatur. vnde sub tali spe pietatis sequaces eius omnem turpitudinem libere committebant. Asseruit etiam quod si homo non peccasset in duplicem sexum. perditus non fuisset. nec generasset. sed eo in quo angeli mnltiplicati sunt. multiplicati fuissent et homines. et quod post resurrectionem vterque sexus adiuuabitur sicut vt asserit vt fuit prius in creatione. et talem dixit christum fuisse post resurrectionem. qui omnes errores inueniuntur in libro. qui intytulatur peryphysion. qui ponitur inter alios libros perysius dampnatos. et dicitur liber armalrici qui amalricus combustus fuit perysius. cum sequacibus suis.

Imperatores.

FRedericus [1] 1. imperauit annis. XXX. VII. et [2] cornatus est in ecclesia sancti petri. Hoc tempore veniens apud [3] tyburtinum

---

([89]. Constantiana. ([90]. *addit*: sanctæ. ([91]. *addit*: ibi promulgata. ([92]. MCC.XV. ([93]. t. Tiberim. ([94]. in i. a. ([95]. papatus. ([96]. *I. d. A.*: *1215. Quæ modo requiuntur usque*: — cum sequacibus suis« *cuncta desunt. addit*: HONORIVS III. CLXXXVI. ([1]. 1153. Frid. I. ([2]. *deest.* ([3]. ad.

præcepit vt tyburtina ciuitas reedificaretur. [4] et rediens primo anno spoletum destruxit. Iste [5] largus et strenuus facundus atque nobilis [6] et in omnibus fuit [7] gloriosus. Eo tempore rex alapie cepit edissam ciuitatem quæ in genesi dicitur arath. francosque [8] captos aut [9] morte aut seruitute dampnauit. archiepiscopum vero ciuitatis quasi ducem gregis. cum omni clero quia christum noluerunt abnegare in media vrbe coram se decollari præcepit. Sic igitur edissa ciuitas. quæ ab agaro rege ipsius orthodoxo. cui christus ante suam passionem sicut legitur in ecclesiastica ystoria. [10] scripsit epistolam. et deinde [11] per apostolum thomam fuerat prædicata. et christo dedicata fuerat [12] tunc primum a gentibus prophanatur et possidetur purpurata nouorum sanguine martyrum. Huius tempore [13] sol obscuratus est parum ante horam nonam. et diu post horam nonam in eodem statu permansit. Hoc anno fames valida fuit ita quod [14] rubrus [15] grani vendebatur pro XX [16] solidis proueiensibus. [17] Eodem anno captum est sepulchrum domini et eius crux a saladino. Hic cum pro coronatione [18] romam venisset et pacifice et [19] magno gaudio ab adriano papa coronatus fuisset cum peractis omnibus ante nonam [20] ad stationem suam quæ erat inpratu [21] neronis exiuisset. romani armata manu familiam [22] in porta sancti angeli crudeliter inuaserunt. vsque ad tentorium imperatoris persequendo. sed inualescente clamore theutonici advnati romanos crudeliter [23] repulerunt adeo quod prostratis multis et captiuatis. [24] cum magnis precibus pape vix captiui fuerunt [25] restituti. Hic post mortem adriani pape. cum alexandro papa pessime [26] stetit. In præiudicium. ipsius IIII. scismaticis [27] proprie [28] adherens successione [29] regem francorum ad quem papa [30] confugerat congregata magna multitudine. præcipue duorum regum videlicet bohemie et dacie [31] fultus auxilio nitebatur [32] burgundiam [33] exstirpare. sed rege anglorum regi francie ferente auxi-

---

([1] Tib c. reædificaretur. ([5] *addit*: autem. ([6] *addit*: fuit. ([7] *deest*. ([8] *addit* ibi. ([9] *deest* ([10] E. Hist. ([11] dedcine. ([12] *deest*. ([13] His temporibus. ([14] in qua. ([15] rubulum. ([16] *addit in marg.*: Pariensibus. ([17] Proueniensibus s. ([18] *addit*: sua ([19] *addit*: cum. ([20] Romam. ([21] prato. ([22] *addit*: sequentem. ([23] Teut. a. c. r. ([24] captis. ([25] capti fuerint ([26] p. e. A. P. ([27] quatuor Schismaticos. ([28] *deest*. ([29] successiue (*addit in marg.*: »Lectio vitiosa, forsan sic rectius legas **in præiudicium ipsius contra Schismaticos successiue sibi adhærentes excitauit Regem Francorum, &c.**«) adhærens. ([30] *addit*: Alexander. ([31] Boëmiæ et Daciæ. ([32] *addit*: in. ([33] *addit*; veniens. ([34] nihil.

lium nil [34] profecit. [35] Mediolanum [36] ab hoc frederico [37] destruitur mense marcij. [38] Siquidem muri eius altissimi funditus suffossi sunt cetera ad cinerem redacta. Albanum a romanis concrematum est VI. idus. aprilis. Hic post multas persecutiones per multa tempora domino pape alexandro factas. timens ne a modo [39] suo caderet. propter lombardorum contra ipsum rebellionem. et pape alexandri prosperitatem. missis sollempnibus nuntijs. vt reconciliaretur domino [40] pape laborauit. et postquam venetijs. reconciliatus fuit. pro emenda accepto crucis karactere. [41] per terram non per mare cum magna multitudine ad liberationem terre sancte procedens cum esset in armenia in paruo flumine submergitur. filius autem eius quem tunc [42] secum duxerat. corpus eius [43] detulit vsque [44] tyrum. ibique sepulto cum phtolomaydem obsideret [45] obijt. Obieruntque [46] pene omnes nobiles qui eodem tempore cum philippo rege [47] francie et richardo rege anglie cum maxima multitudine transfretauerant. Eodem tempore fuit abbas ioachim in calabria. gui plures libros super iheremiam [48] et apokalipsim [49] de [50] honeribus [51] prophetarum conscripsit. Hic prædictis regibus requirentibus ab ipso de peregrinatione in terram sanctam quam faciebant. [52] prædixit quod parum proficerent. eo [53] quod [54] nondum tempus aduenisset. Tempore frederici imperatoris. Radulphus [55] coloniensis archiepiscopus. [56] trium magorum corpora. de perside olim constantinopoli [57] translata ab imperatore. [58] et inde a sancto storgio mediolanum [59] miraculose transuecta. mediolano a frederico eodem [60] destructa. transportauit coloniam. Hoc tempore [61] Sanctus thomas archiepiscopus cantuariensis in ecclesia sua metropolitana occiditur et tandem miraculis choruscantibus [62] per alexandrum papam canonizatur. Hoc etiam tempore [63] floruit petrus dictus comestor in francia qui vtriusque testa-

---

([35] *Præmittit*: »Hic post multas — nondum tempus aduenisset.« *Deinde ad annum 1168 in columna seiunctim ponit*: »Mediolanum — aprilis.« ([36] *addit*: vero ([37] a dicto Frid. ([38] Martij, Anno Domini Millesimo, Centesimo, sexagesimo secundo ([39] Domino. ([40] *deest*. ([41] assumpto Crucis charactere. ([42] *deest*. ([43] ipsius. ([44] *addit*: ad. ([45] Ptolomaidem obsedisset. ([46] O. quoque, ([47] R. Ph. ([48] Hieremiam. ([49] e. Apocalypsim, et. ([50] *addit in ora*: »forte **omnibus prophetijs.**« ([51] oneribus. ([52] q. f. *desunt*. ([53] *deest*. ([54] quia. ([55] T. Frid. I., R. *addit in marg.*: Reinoldus. ([56] A. C. ([57] Constantinopolim. ([58] a. I. t. ([59] sancto *deest*, Sergio Mediolani. ([60] ab e. Frid. ([61] H. t. *desunt*, *addit*: Sub hoc Imperatore. ([62] corruscantibus. ([63] H. e. t. *desunt*, *addit*: Tempore etiam prædicti Friderici Imperatoris.

menti ystoriam quæ dicitur scolastisa [64] composuit. Eodem tempore henricus rex anglorum propter necem sancti thome misit nuntios sollempnes ad papam alexandrum qui iurantes pro ipso in animam suam ipsum excusarent [65] de prædicto facto. Sed dominus [66] papa in tusculana ciuitate receptis nuntijs et auditis [67] misit duos cardinales ad gallie partes vt innocentiam regis investigarent. coram quibus rex iurauit quod nunquam de consilio suo vel iussu fuerit [68] interfectus. Sed quia [69] de [70] occasione turbationis quam erga ipsum habuerat de hoc quod [71] occisus fuerat. pro illo mox obtulit. CC$^{tos.}$ milites vltra mare per annum ibidem moraturos. se ipsum cruce signans infra triennium transfretaturus. [72]

1192.

HEnricus .VI. V. [73] imperauit annis. VIII. Coronatus fuit feria II$^{a.}$ post pascha. XV. die mensis aprilis [74] intrauit [75] apuliam cum exercitu suo et eodem die [76] traditum est romanis [77] regnum tusculanum [78] ab imperatore et destructum est ab eis. [79] et in eodem anno sol obscuratus est IX. kalendas iulij. fere a tercia vsque ad nonam. hic sub celestino [80] innocentio imperauit annis. VII. Mensibus. IIII. Hic etiam primo anno [81] corone sue sycilie regnum intrauit. et cepit [82] terram [83] vsque neapolim [84] per III. menses. ibi eius exercitum tanta infirmitas inuasit quod fere omnes [85] mortui sunt. ita quod imperator cum pauçis languens reuerteretur. Hic accepit constanciam filiam regis sycilie. Anno uero IIII$^{o.}$ imperij sui. [86] regnum apulie sibi subiugauit ibi [88] plurimos rebelles diuersis penis [89] flagellauit. Tancretum filium tancreti regis syculorum cum matre sua margareta et regem empiretarum [90] secum in allamaniam [91], duxit captiuos. Quo parnomi [92] mortuo orta est dissensio inter principes alamanie. vna pars elegit ottonem alia phylippum. [93] Sed otto coronatus est ex man-

---

([64]. T. Hist. q. d. schol. ([65]. excusauerunt. ([66]. *addit*: Alexander. ([67]. et a. nuncijs. ([68]. fuerat. ([69]. quod. ([70]. *deest.* ([71]. d. h. q. *desunt.* ([72]. *I. d. A.*: *1181. addit pro anno sequenti*: HENRICVS VI. C XI. ([73]. 1182. H. VI. *Codicis notula*: VI. *in rubro ut alibi a manu 2da dynastæ superscripta ; notula*: V. *autem in contextu a 1ma m. hacce unica vice dynastæ apposita.* ([74]. fuit mense Aprili, feria secunda p. p. die decima quinta. Eodem mense. ([75]. *addit*: in. ([76]. mense. ([77]. *superscriptum in Cod.* ([78]. r. T. R. ([79]. ijs. ([80]. Cœlestino et. ([81]. anno primo, *addit in marg.*: coronationis. ([82]. cœpit *addit in marg.*: terram. ([83]. *deest.* ([84]. *addit*: et obsedit Neapolim. ([85]. o. f. ([86]. *deest. addit*: totum. ([87]. *addit*: et. ([88]. *deest.* ([89]. pœnis. ([90]. Epirotarum. ([91]. Alemanniam, *ita deinceps.* ([92]. Panormi. ([93]. altera Phi . . *ita semper.*

dato domini pape et tandem obtinente philippo sub pace formata inter eos. dolose [94] a [95] marchrauio [96] phylippus interfectus est. et sic otto [97] obtinuit. fuerat enim innocentius papa. qui eodem anno in papatu celestino [98] successerat phylippo aduersarius. propter fratrem ipsius henricum imperatorem. qui contra christianam religionem in regno sycilie archiepiscopos et episcopos trucidauerat. et contra romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat propter quod ipsum et omnes fautores suos excommunicauit. Ottoni vero duci saxonie viriliter adhesit. [99] et ipsum aquisgrani in regem alamanie coronari fecit. Philippus autem [100] magnam partem alamanie pro se habuerat. Anno domini. M°. CC°. capta est [101] constantinopolis [102] a francis et venetis. Baldwinum [103] comitem flandrie in imperatorem constituit. [104] Anno domini. M°. CC°. II°. sicut aprilis tradit. [105] tatarorum [106] dominium initium habuit. Hij enim sub montibus yndie [107] in regione dicta tartara. [108] constituti dominum suum regem yndie dauid nomine filium [109] iohannis [110] presbyteri occidentis [111] ad depopulationem aliarum terrarum processerunt Anno domini M°. CC°. VII°. ab innocentio papa cum legato. XII. abbates cisterciensis. ordinis in terram albigensium. ad prædicandum fidem hereticis [112] mittuntur. quibus de yspania didacus ex omenen. [113] habens secum fratrem dominicum in comitatu pro heretis convertendis adiungitur. qui [114] primus ordinem prædicatorum incepit. [115]

1217.

HOnorius 111. [1] natione romanus aput [2] perusium electus est. [3] sedit annis X. Mensibus. VIII. diebus. XXXVI. [4] Hic aput sanctum laurentium foris murum, petrum altisiodorensem comitem in imperatorem constantinopolitanum coronauit. Hic etiam. [5] ecclesiam [6] extra muros [7] et basilicam quæ dicitur sancta sanctorum renouauit. Decretales compilauit. Hic in basilica sancti petri fredericum regem

---

([94] d. *dolose.* ([95] ab. *addit in ora*: Landgrauio. ([96] Altigrauo. ([97] e. i.: et sic electionem cito. ([98] Coel. i. P. ([99] adhæsit. ([100] *addit*: Dux *additque in ora*: Suauiæ. *in textu autem legit*: Suauiæ. ([101] *deest.* ([102] Constantinopoli. ([103] Balduinum. ([104] constituunt. ([105] a plerisque traditur. ([106] Tartarorum. ([107] Indiæ. ([108] Tartaria. ([109] *addit in ora*: »deest **Ioannis.**« ([110] *deest.* ([111] occidentes. ([112] Hær. ([113] Hisp. D. Oxoniensis Episcopus. ([114] *addit*: Dominicus. ([115] incœpit. *I. d. A.*: *1206. addit*: OTTO IV. CII. ([1] *Cod. omittit*: **Pontifices.** 1216. H. III. ([2] apud. ([3] *deest.* ([4] d. XXXVI. *desunt.* ([5] et. ([6] *addit*: Ecclesiam S. Laurentij. ([7] e. m. *desunt.*

sycilie [8] coronauit in imperatorem romanorum. [9] Huius tempore christiani dametam ceperunt. [10] sed sarraceni fortuitu [11] casu contingente. eam postea recuperauerunt. [12] Hic honorius [13] fredericum sibi rebellem. et romane [14] ecclesie aduersarium comperiens. anathematizauit. [15] atque barones ab eius fidelitate absoluit. Honorius papa rome moritur et [16] in ecclesia beate marie maiori [17] sepelitur. et dominus hugosinus [18] hostiensis episcopus in papam eligitur. [19] Honorius primo anno pontificatus sui [20] sui ordinem prædicatorum confirmauit [21] beato dominico procurante. Nam innocentius papa qui durus in hoc sibi fuerat visione habita. quod beatus dominicus lateranensem ecclesiam cadentem humeris suis substentasset. confirmare deliberauerat. sed morte preuentus non potuit.

1227.

GRegorius [21] IX. natione campanus mense marcij die nona. [22] aput VII. solium [23] electus fuit [24] sedit annis. XIIII. Hic sanctam elizabeth [25] filiam regis vngarie relictam lantgrauij turingie canonizauit. [26] Hic sententiam quam prædecessor suus honorius [27] contra fredericum fulminauerat roborauit. Hic cum concilium celebrare rome [28] nititur. et ab imperatore vie [29] per mare et per terram artantur. [30] duo cardinales et multi prælati abbates. et maxime clerici [31] per mare ad concilium venientes. per imperatoris fautores [32] capiuntur. Hic papa per fratrem remundum [33] ordinis pædicatortum. [34] ex pluribus voluminibus decretalium compilauit volumen [35] mandans vbique doctoribus illo vti. Hic gregorius. cum ab imperatore qui tunc ex magna parte patrimonium ecclesie occupauerat in vrbe obsideretur videns etiam [36] omnes romanos per pecuniam corruptos esse. excipiens [37] capita apostolorum et processionem a laterano vsque [38] sanctum petrum faciens animos romanorum sic reuocauit. ut pene omnes contra impera-

---

([8] Frid. R. Siciliæ. *deest*: in. ([9] I. R. c. ([10] Damiatam cœperunt. ([11] Sarac. fortuito. ([12] recuperarunt. ([13] *addit*: Papa. ([14] Frid. s. r. e. Romana. ([15] anathematizauit. ([16] m. e. R ([17] maioris. ([18] Hugolinus. ([19] electus, *addit*: Gregorius est vocatus. ([20] s. P. ([21] *I. d. A.*: *1225.* »beato dominicò — potuit.« *desunt. addit*: GREGORIVS IX. CLXXXVII. ([21] G. IX. ([22] *addit*: post festum S. Gregorij. ([23] apud Septifolium. ([24] *addit*: et. ([25] S. Elisabeth. ([26] Landg. Thuringiæ canonisauit. ([27] H. p. s. ([28] *deest*. ([29] viæ. ([30] arctantur. ([31] et Cl. m. ([32] furores. ([33] F. Raymundum. ([34] *addit*: Pœnitentiarium et Capellanum. ([35] c. D. v. *addit*: vnum. ([36] *addit*: pœne. ([37] accipiens. ([38] *addit*: ad.

torem cruce signarentur. quod imperator qui iam credebat se intraturum in vrbem. audiens. timens. [39] ab urbe retrocessit. Denique gregorius papa. tantis tribulationibus concussus. rome anno. XIIII. mense augusti [40] migrauit ad christum. [41] Hic reate beatum dominicum. inuentorem et magistrum ordinis prædicatorum bononie sepultum canonizauit. Anno M° CC. XXXIII.

1240.

CElestinus 1111. [42] natione mediolanensis sedit diebus. XVII. et vacauit. XX. mensibus. [43] diebus. XIIII. Hic episcopus sabinensis vita [44] et sciencia laudabilis. senex et sciencia laudabilis senex et [45] infirmus electus cito moritur et apud sanctum petrum. [46] sepelitur. [47]

1242.

INnocentius 1111. [48] natione ianuensis de comitibus lauanie sedit annis. XI. Mensibus. VI. Hic sedes cardinalium a multo tempore vacuas. de personis. ex diuersis mundi partibus [49] electis restaurauit. Hic post magnum tractatum de pace cum imperatore. [50] dum ipsius aduersus ecclesiam contumatiam perpendisset. clam ianuensium auxilio deuenit in gallias. et celebrans concilium in lugduno. ipsum velut hostem ecclesie condempnauit. imperio priuando· procurauitque langrauium turingie [51] in imperatorem eligi. [52] et ipso mortuo [53] comitem hollandie. Hic lugduni canonizauit emundum [54] confessorem cantuariensem archiepiscopum. Ipse etiam canonizauit [55] beatum petrum ordinis prædicatorum. [56] quem heretici. propter ipsius contra ipsos prædicationem inter cumas et mediolanum occiderunt. canonizauit. etiam sanctum stanizlaum asilij cracouensem [57] episcopum. qui ab iniquo principe fuerat interfectus. Innocentius vero papa. mortuo frederico imperatore [58] apuliam cum magno exercitu ingreditur. Sed post paululum neapoli moritur et sepelitur. [59] Hijs temporibus floruit vita et sciencia venerabilis. dominus hugo cardinalis. qui totam bibliam postillauit.

([39] *addit*: longe. ([40] Augusto. ([41] *I. d. A*: *1238.* »Hic reate — .XXXIII.« *desunt. addit*: CŒLESTINVS IV. CXXCIIX. ([42] Cœl... IV. ([43] *addit*: et. ([44] vitæ. ([45] s. l. s. et *desunt.* ([46] et in Ecclesia S. Petri. ([47] *I. d. A.*: *1240. addit*: INNOCENTIVS IV. CXXCIX. ([48] I. IV. ([49] m. p. ([50] *addit*: habitum. ([51] Landgrauia Thuringiæ. ([52] eligi in Regem Alemanniæ. ([53] e. m. i. ([54] canonisauit S. Aymundum. ([55] canonis. Perusij. ([56] *addit*: Veronensem natione. ([57] S. Stanislaum Assissij, Cracouiensem. ([58] *addit*: et Conrado Filio. ([59] *I. d. A.*: *1253.* »Hijs — postillauit.« *desunt. addit*: ALEXANDER IIII. CXC.

1207.

OTto V. [1] gente saxonum a domino innocentio. III. fuit coronatus in basilica sancti petri. Sed non fuerunt sibi popter malefactum [2] suum anni attributi. [3] Hic accepta corona statim pugnam habuit cum romanis et contra voluntatem domini pape. intrauit regnum apulie. auferens illud frederico regi sycilie. vnde papa excommunicauit eum. [4] Quarto autem anno imperij sui fredericum [5] imperatorem principes elegerunt. qui veniens nauigio vsque romam a domino papa et a populo romano honorifice est receptus. qui in alamanniam [6] veniens contra ottonem ibi mirifice est receptus. [7]

1212.

FRredericus 11. coronatus fuit a domino honorio in basilica sancti petri et regnauit XXXIII. annis. [8] Hic ab infantia per ecclesiam tamquam per matrem educatus et ad imperij fastigium. ottone dampnato promotus ecclesiam dei non fouit tamquam matrem. sed tamquam nouercam quantum potuit laniauit. popter quod honorius papa qui ipsum coronauerat sibi rebellem et ecclesie romane aduersarium comperiens. ipsum anathematizauit. et omnes barones ab eius fidelitate absoluit. Huius tempore [9] frater iordanus tocius [10] ordinis prædicatorum magister vita et doctrina laudabilis. [11] vltra mare. vbi ad prædicandum sarracenis ierat. [12] in portu maris obijt. Hoc quoque tempore olim discordia inter imperatorem et honorium papam orta. a gregorio. cum anathemate renouatur. Duo quoque cardinales. iacobus penestrinus [13] et otto pro subsidio [14] ecclesie. contra fredericum legati vltra montes missi. cum redirent ad curiam cum pluribus prælatis [15] per naues pisanorum capiuntur. hic fredericus proprium filium henricum nomine. regem tunc alamanie acusatum sibi de rebellione. captum in apuliam deducens carceris scualore [16] suffocauit. hic imperator cruce dudum [17] signatus. durante sentencia excommunicationis mare transiuit. maiorem desolationem quam consolationem terre sancte relinquens. postquam autem ab innocentio papa depositus esset ab imperio. prin-

---

([1] O. IV. *addit*: de. ([2] maleficium. ([3] tributi. ([4] illum. ([5] Frid. *addit*: in. ([6] Alemann. ([7] i. mirifice triumphauit. *l. d A.*: *1210. addit*: FRIDERICVS CIII. ([8] a. triginta tribus. ([9] Ipsius etiam t. *addit*: Anno Millesimo, ducentesimo, trigesimo sexto, Idibus Februarij. ([10] *deest.* ([11] commendabilis. ([12] iuerat. ([13] Palæstinus. ([14] *in Cod. rasura, in qua tamen legibile*: terre. ([15] Legatis. ([16] squalore. ([17] d. c.

cipes elegerunt contra ipsum langrauium turingie. [18] quo post paruum tempus mortuo. Wilhelmus comes hollandie denuo contra ipsum. a principibus eligitur. sed post paruum tempus a frisonibus occiditur et sic vterque electus caruit benedictione imperiali. [19] Anno domini. M. CC. XL. VIII. ludowicus [20] rex francie transfretauit vltra mare. habuitque letum [21] principium sed tristem exitum. intrando enim terram sanctam cepit dametam. [22] sed post paululum pene [23] omnibus suis amissis captus fuit. licet volente deo [24] restitutus. Hic fredericus post suam ab [25] imperio destitutionem. cum inter ceteras ciuitates lombardie. parmam tamquam magis exosam sibi manu forti [26] obsideret. a legato domini pape et a parmensibus turpiter est deuictus. et amismissis thesauris et alijs rebus suis in apuliam rediens ibi graui infirmitate correptus. sine sacramentis et penitentia [27] in anathematis vinculo est defunctus. quem infirmantem manfredus filius eius naturalis ambiens sycilie regnum. et dominium [28] et thesauros. vno secretario imperatoris conscio timens ne conualesceret. [29] cussino super faciem posito suffocauit. et tandem per nefas regnum obtinuit. quovsque. dominus karolus [30] frater regis rancie. tunc comes prouincie. per vrbanum quartum papam vocatus. sub. clemente IIII°. veniens. ipsum manfredum et vita et regno priuauit. Hic fredericus ab augusto primo. XC. V^us. fuit imperator. Eiusdem frederici [31] temporibus. Anno domini. M. CC°. XXX IX. [32] gens tartarorum occupatis [33] orientalibus partibus et crudeliter subactis. in duo agmina se diuidentes vngariam et poloniam intrauerunt. vbi campestri bello cum ipsis habito regis vngarie dux colomannus in pannonia. [34] et nobilis dux sletie [35] henricus occiditur. Reliquum vero wlgus [36] tam in viris quam [37] mulieribus quos inuenire potuerunt in ore gladij exterminantes, terras illas sic [38] redigerunt in solitudinem maxime ungariam [39] vt [40] fame perualida [41] matres. puerorum suorum carnibus vescerentur et plerique puluere cuiusdam montis. pro farina vterentur. [42] Ipsius etiam

---

([18] Landgrauium Turingiæ. ([19] *addit*: Huius tempore. ([20] Lodouicus. ([21] lætum. ([22] terram transmarinam cæpit Damiatam. ([23] s. paulo post. *deest.* p. ([24] D. v. ([25] de. ([26] f. m. ([27] pœnit . . ([28] a. regni Siciliæ Dominium. ([29] *addit in marg.*: puluiniari. ([30] Carulus. ([31] *addit*: Imperatoris. ([32] MCC. XXX. ([33] *in Cod. litura vocis o. iteratæ.* ([34] *addit*: et in Polonia. ([35] D. Sleziæ. ([36] vulgus. ([37] *addit*: in. ([38] s. t. i. ([39] m. V. redegerunt i. s. ([40] *addit*: præ. ([41] valida. ([42] *I. d. A.*: *1250.* »Ipsius etiam — in constantino sexto« *desunt. addit*: **Finis Chronologiæ Romanorum Imperatorum Martini Poloni Summi Pontificis Pœnitentiarij.**

tempore in burgundia imperiali. per terram solutam a montibus. circiter. V. Millia hominum suffocati fuerunt. Nam vnus maximus mons se diuidens ab alijs montibus. per plura miliaria cuiusdam vallis transiens ad alios montes accessit in valli omnes villas terra et lapidibus operiendo. Eo etiam tempore regis ferrandi in toleto yspanie. quidam iudeus commine undo vnam rupem. pro uinea amplianda. in medio lapidis inuenit concauitatem vnam. nullam penitus diuisionem habentem neque scissuram et in concauitate illa repperit vnum librum quasi folia lignea habentem. qui liber tribus linguis scriptus. videlicet hebraice grece et latine. tantum de littera habebat quantum vnum psalterium et loquebatur de triplici mundo ab adam. vsque ad antichristum proprietates hominum cuiusque mundi exprimendo. principium vero tercij mundi posuit in christo sic. In tercio mundo filius dei nascetur ex virgine maria. et pro salute hominum patietur. Quod legens iudeus statim cum tota domo sua baptizatus est. Erat etiam in libro scriptum quod tempore ferrandi regis castelle. debebat liber inueniri. Similiter inuenies in constantino sexto.

Pontifices.

1254.

Alexander IIII. natione campanus. sedit annis. VII. et cessauit. Mensibus. III diebus. IIII. Hic moritur viterbij. et in ecclesia sancti laurentij tumulatur. huius tempore manfredus filius naturalis quondam frederici imperatoris. gerens se pro pedagogo cunradini [1] nepotis frederici prædicti. [2] ipso conradino mendaciter publicato mortuo sibi ipsi coronam assumpsit. quod factum est. [3] quia in præiudicium domini pape fuit. primo excommunicatur. post contra ipsum magnus exercitus sed in nullo proficiens mittitur. Hic canonizauit anagnie [4] sanctam claram. quæ fuit ordinis sancti damiani. Huius temporibus principes alamanie [5] electores in duo se diuidentes. quidam regem castelle et quidam richardum comitem cornubie ad imperium elegerunt quod scisma [6] durauit multis annis. [7] Hic reprobauit duos pestiferos libellos. quorum vnus dicebat quod omnes religiones et verbum dei prædicantes de elemosinis viuendo saluari non possent. Alter vero asserebat inter cetera erronea. quod ewangelium christi et doctrina

---

([1] Pædagogo Conradini. ([2] N. p. F. ([3] *deest.* ([4] canonisauit Anagniæ. ([5] Alemanniæ. ([6] sch . . ([7] *I. d. A.*: *1260.* »Hic reprobauit — exsufflauit« *desunt. addit*: VRBANVS IV. CYCII.

noui. testamenti. neminem ad perfectionem perduxit. et euacuanda erant post M. CC. et LX[a]. annos. et in LX[o]. anno deberet inchoari doctrina ioachim. quam conditor libri ewangelium eternum nominauit. totam perfectionem hominum illi attribuendo. Dicebatur etiam ibi quod sacramenta noue legis in .LX[o]. anno euacuarentur quæ omnia et auctoritas apostolica et prædicti temporis experientia exsufflauit.

1261.

URbanus IIII. natione gallicus. [8] sedit annis. tribus. Mense. I. diebus. IIII. et cessauit diebus. V. Hic duas ordinationes fecit. Exercitum sarracenorum quem manfredus in patrimonium [9] miserat. per cruce [10] signatos fugauit. Comiti prouincie karolo [11] fratri regis francie regnum sycilie [12] vt a manfredo detentore ipsius recuperaret. contulit. Moritur perusij et ibidem [13] sepelitur. [14]

1265.

Clemens 1111. natione prouincialis de uilla sancti egidij [15] sedit annis. III. Mensibus. IX. [16] diebus. XXI. et cessauit [17] annis. tribus. Mensibus. II. diebus. X. Mortuus est viterbij et sepultus est in ecclesia [18] sancti laurentij. [19] Hic liberos et uxorem [20] habens. primum [21] fuit famosus aduocatus. et regis francie [22] consiliarius. Deinde [23] mortua uxore. propter vitam et scienciam [24] laudabilem primo podiensis episcopus [25] post narbonensis archiepiscopus. tandem sabinensis episcopus [26] efficitur. Sed cum post in angliam propter pacis reformationem. a papa vrbano IIII[o]. legatus missus fuisset. absens a cardinalibus perusij in papam electus. sic vigilijs ieiunijs [27] et orationibus ac alijs bonis operibus intentus fuit. quod multas quas tunc ecclesia sustinebat tribulationes. deus suis meritis creditur exstinxisse. [28]

([8]. V. quartus, n. G. *addit*: ex Ciuitate Trecensi. ([9]. *addit*: Ecclesiæ. ([10]. Cruces. ([11]. Prouinciæ, Carulo. ([12]. Siciliæ. ([13]. e. i. *desunt. addit*: in Ecclesia S. Laurentij. ([14]. *I. d. A.*: *1264. addit*: CLEMENS CXCIII. ([15]. Prouincialis e Villa S. Aegidij. ([16] m. decem. ([17]. *Quæ sequuntur desunt, remanente lacuna punctis expleta usque ad vocem*: Mortuus. ([18]. *addit*: Prædicatorum. ([19]. s. l. *desunt.* ([20]. H. v. e. l. ([21]. primo. ([22]. A., Regisque Franciæ. ([23]. Demum. ([24]. s. e. v. ([25]. *addit*: et. ([26]. *deest.* ([27]. i. v. ([28]. *addit*: Huius primo anno Dominus Carulus frater Regis Franciæ, Comes Prouinciae et Andegauiæ, qui olim pro Regni Siciliæ recuperatione a Manfredo detentore per Vrbanum uocatus fuerat, nauigio Romam venit. Demum in Apuliam intrans, bello campestri prædictum Manfredum et regno et vita priuauit. Quarto vero eiusdem Clementis Papæ anno —.

Hic cum [29] conradinus. nepos frederici imperatoris [30] dominum karolum [31] dominum karolum [32] cui ipse papa regimen sycilie contulerat [33] debellaretur [34] apuliam intraret. [35] et plerique factum domini karoli pro desperato haberent. tum propter conradini exercitus multitudinem tum etiam propter regni sycilie pene tocius rebellionem. prædixit publice in communi sermone factum conradini tamquam fumum transiturum et ipsum tamquam victimam apuliam intraturum. quod et rei postmodum probauit euentus. Nam ipse post fugam captus et decollatus fuit. et factum suum paucis diebus post. tamquam fumus euanuit. Hic etiam canonizauit viterbij sanctam hedwigam. quondam ducissam polonie mire sanctitatis viduam. quæ inter alias uirtutes cum canonizatio eius per plures annos protraheretur. ipsa procuratori in curia propter hoc in tristicia existenti. per uisum aparuit ac eum de expedicione negotij. et diem expeditionis certificauit.

1272.

GRegorius X. natione lombardus de ciuitate placentina. et cet.

ROmanum imperium siue post depositionem frederici secundi siue post mortem eius cepit uacare. Nam post depositionem ipsius papa innocentius quartus. qui eum deposuerat. procurauit per principes. alamanie electores. plures eligi ad imperium. videlicet lantgrauium turingie et comitem hollandie successiue. qui antequam ad imperialem benedictionem venissent. vite terminum exegerunt. post mortem vero prædicti frederici. electores se in duo diuidentes. quidam regem castelle. quidam vero comitem cornubie fratrem regis anglie ad imperium ele-

---

[29] H. c. *desunt.* ([30] *addit*: suorum Patrum sequens vestigium, paruipendens Domini Papæ excommunicationem, contra Ecclesiam, et contra. ([31] Carulum *addit*: tunc Regem Siciliæ, insurgens, ad Teutonicos, quos habuit quam plurimis Lombardis et Tuscis adiunctis, peruenit vsque Romam, ibi cum Imperiali more sollemniter receptus fuisset, adiuncto sibi Senatore Vrbis Henrico Fratre Regis Castellæ, et quam plurimis Romanis. ([32] Regem Carulum. ([33] c. i. p. r. s. c. *desunt.* ([34] debellaturus. ([35] A. intrauit. *addit*: Sed post durum campestre bellum, et multorum casum, Conradinus, et quidam, qui dicebatur Dux Austriæ et multi Comites, ac nobiles in fuga capti, per Regem Carulum decollantur. *I. d. A.*: *1268.* »et plerique — et cet.« *desunt. addit*: **Finis Chronologiæ Summorum Pontificum Martini Poloni.** *Codex vero noster unico, ut sub Gregorio X. videre est, mediæ fere paginæ spatio vacuo relicto pergit eadem manu eodemq. atramento*: »Romanum imperium — veniens est defunctus.«

gerunt. quod scisma multis annis et vsque hodie perseuerat. et quia plurima notabilia in diuersis partibus mundi tempore huius vacationis euenerunt. Sub tali vacationis tytulo ea per ordinem prout breuiter potero explanabo. Anno igitur. domini M°. CC. L. in dacia hericus rex dacorum inclitus. ab abel fratre suo iuniori vt regnaret pro eo in mari suffocatur. qui abel parum honoris et commodi ex hoc est assecutus. Nam sequenti anno regni sui. cum frisones subiugare voluisset. a frisonibus est interemptus Anno. M°. CC. LI°. Cunradus rex filius frederici. vt mortuo patre. sycilie regnum susciperet. per mare in apuliam deuenit. et capta neapoli muros eius funditus destruxit. sed anno sequenti cepit infirmari et districte quod a medicis indicabatur fieri ad salutem. veneno mixto intulit sibi mortem. Anno dñi. M°. CC.LIX°. constantinopolis quæ olim per uenetos et gallicos capta fuerat. per pallilogum grecorum imperatorem vi prælij recuperata fuit. Eodemanno in tuscia ytalie florentini et lucani miserabilem euentum habuerunt. Nam confisi de suorum multitudine. cum comitatum senensem intrassent. et senenses freti auxilio domini manfredi tunc regis sycilie. ipsis ad bellum obuiam exiuissent. florentini et lucani fraude suorum sunt circumuenti. nam inchoatione conflictus qui erant præcipui — inter florentinnos ad hostes accedentes in suos cum senensibus. quam plurimum sunt debachati. Dicuntur autem tunc de florentinis et lucanis inter mortuos et captiuos. plus quam. VI. Millia hominum corruisse. Anno M. CC. LX°. Rex vngarie pro terris regem bohemie bello aggreditur habens in exercitu suo diuersarum orientalium et paganorum nationes. circa quardringenta Millia. equitum cui rex bohemie cum C. milibus equitum. inter. quos dicitur habuisse. circa. VII. Millia equorum de ferro coopertorum ad resistendum occurrit. Cumque in confinijs regnorum bellum inchoatum fuisset. ex collisione equorum et armorum tantus puluis de terra surrexit vt media et clara die vix homo hominem cognoscere potuisset. tandem vngari rege suo grauiter wlnerato terga vertentes cum cedentes festinarent fugere. in quodam fluuio profundo quem transire debuerant. præter alios occisos. circa. XIIII. Millia hominum submersa dicuntur. Sed rege bohemie victoria habita. vngariam intrante. rex vngarie per legatos pacem quærit. terras quæ discordie causa fuerant restituit. et in futurum amicitiam mediante matrimonio confirmauit. Anno domini. M°. CC. LXIII. vrbanus papa quartus. regnum sycilie quod manfredus violenter detinebat. karolo comiti prouincie fratri regis francie. ut illico ab eo eriperet contulit. Anno domini. M°. CC. LXIIII°. cometes quidam aparuit tam nobilis. qualem nullus tunc viuens ante vidit. Ab oriente enim cum magno fulgore

surgens vsque ad medium emisperij versus occidentem comam perlucidam protrahebat. et licet in diuersis partibus mundi forte multa significauerit. hoc tamen vnum pro certo compertum est. vt cum plus quam per tres menses durauerit. ipso primo apparente papa cepit infirmari. et eadem nocte quam papa exspirauit et cometes disparuit. Anno domini M. CC. LXV. prædictus karolus. qui pro recuperatione regni sycilie per vrbanum papam vocatus fuerat romam vbi tunc in senatorem electus fuerat. nauigio venit. Deinde apuliam intrans bello campestri habito prædictum manfredum et vita et regno priuauit. Anno M. CCLXVI. quam plurima multitudo sarracenorum ex affrica per angustum mare transiens in yspanias adiunctis sarracenis magnam plagam in christianos exercuerunt. Intendentes recuperare quam olim perdiderant. yspaniam. Sed illarum parcium christiani adunati et cruce signatis ex diuersis partibus auxilio adiuti. licet cum multorum christianorum sanguine de sarracenis trihumphauerunt. Anno. M. CC LXVII. Soldanus babylonie armenia vastata. Antiochiam vnam de famosioribus ciuitatibus orbis cepit. et tam viris quam mulieribus occisis et captis. ipsam in solitudinem redegit. Anno. domini. M. CC. LXVIII. Conradus nepos frederici imperatoris. parui pendens domini pape excommunicationem. contra dominum karolum. quem ecclesia regem sycilie fecerat. ad thetonicos quos habuit. quam plurimis lombardis et thuscis adiunctis peruenit vsque romam. vbi cum imperiali more sollempniter fuisset receptus. Associato sibi senatore vrbis domino henrico fratre regis castelle et quamplurimis romanis. contra regem karolum. apuliam intrauit. Sed post durum campestre bellum cunradinus cùm suis terga vertentibus capitur. et a karolo cum multis nobilibus decollatur. Anno domini. M. CC. LXX. Ludowicus rex francie christianissimus. non territus præteritis laboribus et expensis quas fecerat olim vltra mare. iterato cum filijs duobus adiuncto sibi rege nauarre. et quam plurimis ecclesiarum prælatis et baronibus pro recuperatione terre sancte iter assumpsit. Verum ad hoc vt facilius terra sancta recuperaretur incidit cum ipsis concilium. vt regnum tunicij quod in medio consistens non paruum dabat transfretantibus impedimentum. primitus sub christianorum subicerent potestate. et cum portum et cartaginem quæ est prope tunicium potenti manu cepissent. Infirmitas quæ illo anno maxime circa confinia maris viguit in eodem christianorum exercitum nimis invaluit. et primo de regis francie filijs vnum. post legatum domini pape albanensem cardinalem. et demum ipsum regem christianissimum ludowicum cum pluribus baronibus nec non et

alijs simplicibus de medio substulit. Quam feliciter autem prædictus rex terminauerit. rex nauarre domino thusculano cardinali cum litteris intimauit. Nam infirmitate sua laudare non cessans nomen domini. illam orationem quandoque interserebat. Fac nos domine prospera mundi. despicere. et nullis. eius. adversitat formidar. Orabat et pro populo quem secum adduxerat dicens. Esto domine plebi tue sanctificator et custos. et cum appropinquaret ad finem suspexit in celum dicens. Introibo in domum tuam. adorabo. ad templum. sanctum tuum. et confitebor. nomini tuo domine. et hoc dicto obdormiuit in domino. Et cum de morte pij regis christianorum exercitus turbaretur. et sarracenorum letaretur dominus karolus rex sycilie bellator egregius. pro quo adhuc viuens frater suus mandauerat. rex francie. nauigio cum magna militia advenit de cuius aduentu christianis gaudium. et sarracenis mesticia accreuit et licet multo plures viderentur sarraceni quam christiani. nullatenus tamen audebant bello generali cum christianis congredi. sed post quasdam astucias alias multa eius incommoda inferebant. De quibus hoc vnum fuit. Est enim regio illa multum sabulosa. et tempore siccitatis puluerosa. Vnde sarraceni statuerunt plura milia hominum super vnum montem christianis vicinum vt cum ventus flaret ad partem christianorum sabulum mouentes puluerem suscitarent. qui puluis multam molestiam intulit christianis. sed tandem puluere per pluuiam sedato. christiani paratis machinis et varijs instrumentis tunicium per aquam et per terram oppugnare intendebant. Quod videntes sarraceni timore compulsi pacta cum christianis inierunt. Inter que dicuntur hec præcipua fuisse vt omnes christiani in regno illo captiui. liberi dimitterentur. et quod monasterijs ad honorem christi in omnibus ciuitatibus illius regni constructis. fides christi per fratres. prædicatores et minores et per alios quoscumque libere prædicetur et volentes baptizari libere baptizentur. et solutis expensis regibus quas ibi fecerant. rex tunicij tributarius domini regis sycilie est effectus plura pacta alia fuerunt quæ hic longum ponere fuisset. Et cum ex aduentu domini edeuardi regis anglie et multitudine frisonum. ac aliorum peregrinorum. in tantum creuerat exercitus christianorum. quod circa. CC. Millia pugnatorum crederetur et speraretur quod non solum terram sanctam. sed totum sarracenismum subiugare debuissent.

exigentibus absque vltiori vtilitate est dispersus. Nam legatus domini pape. qui ipsos dirigere debuerat per mortem substractus erat. Terra etiam sancta, ad quam ire debebant, gubernatore peregrinorum

carebat. Quia patriarcha qui legatus in terra sancta fuit. tunc defunctus erat. Sedes etiam apostolica quæ vtrobique prouidere debuerit tunc vacabat. Rex etiam nauarre qui infirmus de affrica recesserat in syciliam veniens est defunctus. [1]

Anno domini M° C° C° C°. LX° in Mense februario aura ita serena et tempus ita calidum ut ante carnis priuium homines letarentur ut colerent agros et credentes ita calidum permanere Mense vero mense adueniente marcio ita densum frigus et grandix nix cecidit et tale frigus fere per tres ebdomadas fuit ut homines transeuntes per campos. præ nimio frigore morerentur.

([1] *Explicit Codex Teplenus. In residuis huj. penultimæ paginæ lineolis legitur adhuc in fusciori atramento, sequens recentioris manus adnotatio:* »Anno domini — morerentur.« *Ultima pagina mundata ostendit vestigia lineolarum.*